eas neque facile, neque ulla cum utilitate inveneris, cum sint desertae.

§. 3.

Montes praeter Cyllenen insignes sunt Pholoë, Lycaeum, Maenalum, et Parthenium a Tegeatide regione ad Argiam usque pertingens.

§. 4.

§. 4. Arcadia.

Περὶ δὲ τῦ Ἀλφειοῦ καὶ [1] Εὐρώτα τὸ συμβεβηκὸς παράδοξον εἴρηται, καὶ τὸ περὶ Ἐρασῖνον τὸν ἐκδιδόντα ἐκ τῆς Στυμφαλίδος λίμνης εἰς τὴν Ἀργείαν νυνὶ, πρότερον δ' οὐκ ἔχοντα ἔκρυσιν, τῶν [2] βερέθρων, ἃ καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες ζέρεθρα, τυφλῶν ὄντων, καὶ μὴ δεχομένων [3] ἀπέκρυσιν, [4] ὥστε τὴν τῶν [5] Στυμφαλίων

eclog. 8, 22. Boccatius de montibus h. v. Vibius Sequester p. 30. et passim Scholiastae. Cf Oberlinus ad Vibium Seq. p. 333. Aliis est Μαίναλον de monte, Μαίναλος, discriminis causa, de urbe, uti paullo antea. Quibusdam tamen etiam Μαίναλον promiscue de monte et urbe, uti Schol. Pindari ad Olymp. 9, 86.

1) Mosc. praeponit τῦ.

2) Lib. 16. p. 741. f. ubi similis locus exstat, βάραθρα editur, unde et hic ita scribendum videatur. V. ibi. Nihil tamen immutant codices, et βέρεθρον etiam eodem sensu ilici docet Suidas h. v. subiecto etiam exemplo, Hesychius, et quae ibi adtulit Alberti T. 1. p. 720. Eadem forma post redit adspirantibus libris.

3) Par. ist. Mosc. Vatic. Ven. ἀπέρασιν, minus apte.

4) Verba ὥστε τὴν τῶν Ven. praeteriit.

5) Mss. Casauboni. Venet. Gem. Pletho Στυμφαλίων pro vulgato Στυμφαλίδων. τὸ δ' adhaesit ex superioribus huc translatum. Nota est haec urbium periphrasis, veluti Μυκηναίων πόλις p. 372. m. et similia. Quod Casaubonus in nota monet, Στυμφαλίδος legendum esse, non Στυμφαλίαν, equidem non intelligo. At Στυμφαλίδων a notis avibus ductum, locum non habet. Cf. ad p. 371.

§. 4.

De Alpheo et Eurota, quae mirabilia iactantur, supra retulimus, ac de Erasino, qui e Stymphalide ortus in Argiam nunc exit, olim effluxione interclusa, profundis eius voraginibus obturatis, quae Berethra Graeci, Zerethra Arcades, nuncupant. Unde factum fuit, ut Stympha-

Arcadia. [16] Ἐρασῖνον δὲ περὶ Στύμφαλον ῥέοντα, ὑποδύντα ὑπὸ τὸ [17] ὄρος, ἐν τῇ Ἀργείᾳ πάλιν ἀναφανῆναι· διὸ δὴ καὶ Ἰφικράτη πολιορκοῦντα τὸν [18] Στύμφαλον, καὶ μηδὲν περαίνοντα, [19] ἐπιχειρῆσαι τὴν κατάδυσιν ἀποφράξαι, [20] σπόγγους πορισάμενον πολλούς· παύσασθαι δὲ διοσημίας γενομένης. Περὶ Φενεὸν δ' ἐστὶ καὶ τὸ καλούμενον Στυγὸς ὕδωρ, λιβάδιον ὀλεθρίου ὕδατος, νομιζόμενον ἱερόν. Τοσαῦτα καὶ περὶ Ἀρκαδίας εἰρήσθω.

§. 5.

Πολυβίου δ' εἰρηκότος τὸ ἀπὸ Μαλεῶν ἐπὶ τὰς ἄρκτους μέχρι τοῦ Ἴστρου διάστημα περὶ μυρίους σταδίους, εὐ-

16) Aldus, Hopper. Ἐρασινὸν, neglecto accentu Xylander. Vulgata forma aliorum usu confirmatur.

17) Distinctionem, vulgo post Ἀργείᾳ positam, ita retraxi, quod vult eadem Strabonis narratio p. 371. cum quo consentit Pausanias 8, 22, 3.

18) Sic cum Moscov. aliisque et ipso Strabone antea dedi pro Στυμφαλόν. Illud etiam hic habet Aldus.

19) Ven. ἐπιχειρῶσι.

20) Casaubonn. Venet. male πόνυς.

Erasinum praeter Stymphalum labentem subire montem in Argea, rursumque erumpere: ideoque Iphicratem, cum in obsidione Stymphali nihil proficeret, multis paratis spongiis conatum fuisse prohibere eam infra terram fluminis demersionem: sed coepto destitisse, signo divinitus oblato. Propter Pheneum est etiam ea, quae Stygis dicitur aqua, stillicidium aquae perniciosae, quam sacram habent. Tantum de Arcadia dictum esto.

§. 5.

Proinde Polybium a Maleis versus septentrionem ad Istrum usque intervallum circiter stadiorum nume-

εὐθύνει τῦτο ὁ Ἀρτεμίδωρος οὐκ[1] ἀτόπως· κατ’ ἐκεῖνον [2] γὰρ συμβαίνει ἑξακισχιλίων πεντακοσίων. Αἴτιον δὲ τούτου, τὸ μὴ τὴν σύντομον καταμετρεῖν, ἀλλὰ τὴν τυχοῦσαν, ἣν ἐπορεύθη τῶν στρατηγῶν τις. Οὐκ ἄτοπον δ’ ἴσως καὶ τοὺς οἰκιστὰς προσθεῖναι, τῶν τὴν Πελοπόννησον οἰκούντων, οὓς εἶπεν Ἔφορος τοὺς μετὰ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον· Κορίνθου μὲν Ἀλή- Arcadia.

1) Hic Parif. Mofc. et Vatic. plura, fed numeris fuis truncata verba fubiiciunt. Sunt autem in codice Parif. notata aliorum variatione, haec: ἐπὶ μὲν αἴψον (Mofcov. Vatic. Αἴγιον) χιλίυς καὶ . . . . . ἰυς (Vatic. υς, Mofc. etiam hoc caret) εἶναι λέγων ἐκ Μαλεῶν ὁδόν· ἔνθεν δ’ εἰς . . . . . . διακοσίων· ἐνθένδε διὰ Ἡρακλείας . . . . πεντακοσίων ὁδόν· εἶτα εἰς Λάρισσαν . . . . τριακοσίων τετταράκοντα· (haec duo verba tantum exftant in Vatic. et Mofc.) εἶτα διὰ . . . . Πηνειῦ ἐκβολὰς διακοσίων τετταράκοντα (abfunt haec inde ab εἶτα in Vatic.) . . . . . . Νίκειαν ἑξακοσίων ἑξήκοντα. Ἐντεῦθεν . . . . . ὐνης καὶ (haec duo fragmenta tantum habet Parif.) καὶ Στάβων καὶ Δαρδανίων τρισχιλίυς δὲ (Mofcov. tantum τρισχ. in quo defινit, uti in Δαρδανίων Vatic.)

2) Vatic. Parif. Mofc. δέ. Poft iidem cum Medic. συμβαίνει. Forte συμβαίνει εἶναι. Hinc continuo fubiiciunt Vatic. Parif. Mofc. τὸ ἐκ, quas voces excipit fpatium vacuum ad ἑξακισχιλίων, cui tantum Parif. praemittit ης. Ceterum verba κατ’ ἐκεῖνον ad πεντακοσίων exfulant plane ex Ven. quod et in fchedula feorfum notaverat Siebenkeefius ex duobus aliis codicibus Vaticanis n. 377. et 378.

merantem, non inepte corrigit Artemidorus, qui id fpatium definit IↃↃ CIↃ IↃ ftadiis. Caufam errori praebuit, quod non breviffimum interftitium Polybius fuit dimenfus, fed annotavit qualiscunque itineris a copiarum ductore aliquo facti quantitatem. Fortaffis haud abfurde eos commemoravero hic, qui conditores auctoresque civitatum fuerunt in Peloponnefo poft reditum Heraclidarum. Ii fuerunt, Corinthi Aletes, Sicyonis Phal-

Arcadia. την, Σικυῶνος δὲ Φάλκην, [3] Ἀχαΐας δὲ Τισαμενὸν, Ἤλιδος δ' Ὄξυλον, Μεσσήνης δὲ Κρεσφόντην, Λακεδαίμονος δ' Εὐρυσθένη καὶ [4] Προκλῆ, [Ἄργους δὲ [5] Τήμενον· καὶ [6] περὶ τὴν Ἀκτὴν. Αἰγαῖον καὶ Δηϊφόντην.]

3) Mosc. Ἀχαΐας. Illa tamen forma legitur etiam in Thucydide 1, 115. ubi, cum Palmerius in exercitt. ad Gr. auctores p. 46. Χαλκίδα reponebat, quia hoc nomine regio, urbs nusquam commemoretur, ex Strabone convincitur, etsi et ipse iterum ita vult in Thucydide 4, 21.

4) Vatic. 173. 174. Προκλη, ut Πατροκλῆ esse possit, quod et plenis literis dat Gem. Pletho. Sed vulgata lectio bene habet. De utriusque nominis commistione supra dictum est aliquoties.

5) Hic desinunt Ven. Gem. Pletho et plerique Casauboniani. In Vatic. spatium vacuum hinc cernitur ad καὶ περὶ τ. —

6) Ita libri. Epitome pro his dat: τῶν περὶ τὴν Αἴγειον Δηϊφόντης. Interpres vocem Αἴγεον suspectam habet. Xylander malit Αἴγιον. Casaubonus verba corruptissima censet, et ex Deiphontae mentione loci ab eo conditi nomen elapsum esse existimat, additque ex Pausania 2, 26. eum post reditum Heraclidarum a Pityro rege Epidauri eius ditionem ἀμαχεὶ traditam accepisse, eamque cum Argivis possedisse. Heyne ad Apollodor. 2, 8, 5. p. 518. nomen Ἐπιδαύρου vel Ἐπιδαυρίας ex eodem Pausania subiectum hic latere consentit.

Phalces, Achaiae Tisamenus, Elidis Oxylus, Messenae Cresphontes, Lacedaemonis Eurysthenes ac Procles, Argorum Temenus: in littore sitae regionis Aegaeus et Deiphontes.

(23)

ΤΩΝ

ΤΩ͂Ν ΣΤΡΆΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩ͂Ν ΤΟΥ͂ ἘΝΝΆΤΟΥ ΒΙΒΛΊΟΥ ΚΕΦΆΛΑΙΑ.

Ἐν τῷ ἐννάτῳ [1] περιέχει τῆς Ἑλλάδος, Ἀθηνῶν μάλιστα, περιηγητικὴν ἔκφρασιν· καὶ Βοιωτίαν καὶ Θετταλίαν μετὰ τῆς παραλίας [2] αὐτῆς.

1) Cd. Moſcov. ex quo ſolo idem libri huius argumentum notatum erat, pro hoc verbo dat περὶ, ut reſpexiſſe videatur argumentum libri 8. quod ſic exorditur: Ἐν τῷ ὀγδόῳ λέγει —

2) Moſc. ταύτης.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBRI NONI CAPITA.

Nono libro complectitur interpoſitis laudibus deſcriptionem Helladis, Athenarum maxime; tum Boeotiae et Theſſaliae cum eius ora maritima.

Attica.

p. 390.

ΣΤΡΑ'ΒΩΝΟΣ
ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ
ΒΙΒΛΙ'ΟΝ 'ΕΝΝΑΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α.

§. 1.

Περιωδευκόσι δὲ τὴν Πελοπόννησον, ἣν πρώτην ἔφαμεν καὶ ἐλαχίστην τῶν συντιθεισῶν τὴν Ἑλλάδα [1] χεῤῥονήσων, ἑξῆς ἂν εἴη τὰς συνεχεῖς ἐπελθεῖν. Ἦν δὲ δευτέρα μὲν, ἡ προστιθεῖσα [2] τῇ Πελο-

1) Gem. Pletho χεῤῥόνησον.
2) Idem τῇ Πελοποννήσῳ καὶ τῆς Μεγαρίδος τὸ πλέον.

STRABONIS
GEOGRAPHICARVM RERVM
LIBER NONUS.

CAP. I.

§. 1.

Primam, eamque minimam earum peninsularum, quae Graeciam confitiunt, esse Peloponnesum diximus. Eius nunc descriptione perfunctis restat, ut reliquas quoque persequamur. Secundam ergo eam fa-

λοποννήσῳ τὴν Μεγαρίδα· τρίτη δὲ ἡ πρὸς ταύτῃ προσλαμβάνουσα τὴν Ἀττικὴν, καὶ τὴν Βοιωτίαν, καὶ [3] τῆς Φωκίδος τὶ μέρος, καὶ τῶν [4] Ἐπικνημιδίων Λοκρῶν, ὥστε [5] τὸν Κρομμυῶνα [6] τῶν Μεγαρέων εἶναι, καὶ μὴ Κορινθίων· περὶ τούτων οὖν λεκτέον νῦν. Φησὶ δ' Εὔδοξος, εἴτις νοήσειεν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν ἐπὶ Σούνιον, τὸ τῆς Ἀττικῆς ἄκρον, ἐπὶ τὰ πρὸς ἕω μέρη τεταμένην εὐθεῖαν, ἐν δεξιᾷ μὲν Attica.

 ἀπο-

3) Ven. τὴν Φωκίδα.

4) Idem Ἐπικλημιδίων. Tum omisit verba ὥστε ad λεκτέον νῦν.

5) An τὴν, uti lib. 8. p. 380. Sic duplici genere efferri Σικυὼν notat Stephanus, idemque de nominibus Πύλος et Κόρινθος supra monui, quae quidem inconstantia in accurato auctore aegre fertur, ubi ipse loquitur, non alium loquentem inducit. Ceterum Casaubonus hic aliqua desiderat, quorum tamen nullum in Mss. vestigium exstat. Certe quae artiorem nexum contineant, deesse videntur, nisi velis ita integrum locum esse, ut huius pene insulae ultius terminus meridiem versus inde a Phocide et Locride hic constituatur. Cf. de eius ambitu et terminis ad lib. 8. p. 334.

6) Hae duae voces exsulant in Paris. et Mosc. et spatio vacuo pensantur, quod hic explet vocibus τῶν Βοιωτῶν. At recte habet vulgata aliorum lectio, quod docet ipse Strabo lib. 8. p. 380 m. Sic verba λεκτέον νῦν Mosc. in spatio vacuo adscripta gerit.

facimus, quae Peloponneso Megaridem adiungit; tertiam, quae hinc Atticam adponit, Boeotiamque, et Phocidis quandam partem, ac Locrorum Epicnemidiorum, ita ut Megarensium sit Crommyon, non Corinthiorum. De his itaque nunc dicendum. Eudoxus tradit, si quis a montibus Cerauniis lineam imaginetur ad Sunium, Atticae promontorium, in directum porrectam versus orientem, eam a dextro latere versus meri-

ri-

Attica. ἀπολείψειν τὴν Πελοπόννησον ὅλην πρὸς νότον, ἐν ἀριστερᾷ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἄρκτον τὴν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν [7] συνεχῆ παραλίαν [8] μέχρι τοῦ [9] Κρισσαίου κόλπου, καὶ τῆς Μεγαρίδος [10] συμπάσης τε τῆς [11] Ἀττικῆς· νομίζειν δ' οὐδ' ἂν . . . . τὴν ἠϊόνα τὴν ἀπὸ Σουνίου [12] μέχρι . . . . ἔχειν ἐπιστροφὴν,

εἰ

7) Pariſ. Moſc. συνέχει. Minus apte ad nexum.

8) Moſc. praeponit καί.

9) Simplici σ ſcribunt Pariſ. et Moſc. qui tamen alibi uſitatam formam praeferunt. Moſcov. tamen etiam Κρησαῖον pejori forma exhibet. Hic tamen eodem modo, quo in codicibus illis, legitur in edd. Aldi et Hopperi.

10) Moſcov. Gem. Pletho καὶ συμπάσης τῆς Ἀττικῆς. Pariſ. Ven. συμπάσης τῆς Ἀττικῆς. Praetulerim prius, cum hoc modo in recenſendis partibus nectendisque verſari Strabo ſoleat.

11) Caſaubonn. ſubiungunt τὰ ἑξῆς, Venet. καὶ τὰ ἑξῆς, unde reliqua ad σύμβαινει τὴν θάλασσαν deſunt, apud Gem. Plethonem inde a τῆς Ἀττικῆς ad οὕτω δ' εἰρηκότος. Guarinus etiam *et quae deinceps ſunt* adnectit, reliquis ad οὕτω δ' εἰρηκότος itidem praeteritis, quae etiam omiſit Penzelius, et ante Heresbachius. Xylander in verſione qualicunque modo componere tentavit.

12) Hic iterum hiat narratio, et ſpatium dimidii verſus vacuum in Pariſ. et Moſc. adparet. Forte ſubplendum ex ſeqq. τοῦ Ἰσθμοῦ vel Σχοινοῦντας. Similes poſtea lacunae vel maiores vel minores in iisdem Mſs. reperiuntur, quae ſic forte reſarciri aliquatenus poſſint: ὡς δ' αὐτῶς ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ἐπὶ τὸν — ἔχειν τινὰ τοσαύτην ἐπιστροφήν. Sed manum retraho, cum nihil certi coniectando extundatur. Poſt iidem codices vel vacuum ſpatium oſtendunt, ubi continua verborum ſerie progrediuntur

libri

ridiem totam Peloponneſum ſeparaturam, a ſiniſtro versus ſeptentriones oram maritimam continuam usque ad Criſſaeum ſinum, totiusque Megaridis et Atticae, et exiſtimare ſe, litus, quod a Sunio eſt usque ad . . . . . . non habiturum fuiſſe flexum,

niſi

εἰ μὴ πρόσῃ . . . . . . τὰ συνεχῆ τῷ ἰσθμῷ χωρία Attica.
τὸ Ἑρμιονικὸν καὶ τὴν ἀκτήν· ὡς δ' αὔτως . . . . .
ἰὼν ἐπὶ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον ἔχειν τινὰ τοσαύτην
. . . . ἔφθην. Ὥστε κοιλαίνεσθαι κολποειδῶς καθ' αὐτὸν, ὅπου τὸ Ῥίον καὶ τὸ Ἀντίρριον συναγόμενα εἰς στενὸν, ὥστε ποιεῖν τὴν ἔμφασιν ταύτην· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὸν . . . . μυχὸν, εἰς ἃ καταλήγειν συμβαίνει τὴν θάλατταν.

§. 2.

Οὕτω δ' εἰρηκότος Εὐδόξου μαθηματικοῦ ἀνδρὸς, καὶ σχημάτων ἐμπείρου καὶ κλιμάτων, καὶ τοὺς τόπους τούτους εἰδότους, δεῖ νοεῖν [1] τὴν πλευρὰν τῆς Ἀττικῆς σὺν τῇ Μεγαρίδι τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι ἰσθμοῦ P 391.
. . . . καὶ

libri vulgati, et contra. In singulis, quae inventa sunt, adposui. Ante Ἑρμιονικὴν, vocem in hoc nexu obscuram, spatium vacuum est in Parisiensi; articulum modo omittit Mosc. qui et dat Ἀντίρριον, ut lib. 8. p. 335. sq. Paris. περὶ . . . . . . τὸν μυχὸν, εἰς ἃ — Postremum ἃ recepi pro vulgato ὃ, quod non habet, ad quod referatur. Μυχὸς autem ex praecedentibus de Corinthiaco sinu intelligi potest.

1) Casaubonn. Paris. Mosc. τὴν δὲ τὴν πλευρὰν.

nisi continentia, adfuissent isthmo loca, Hermionicum et Actam. Eodem modo . . . . . proficiscens ad Corinthiacum sinum, habere quandam talem occupavi. Ita ut ibi in sinum curvetur, ubi est Rhium et Antirrhium ad arctum conducta, ut talem prae se ferat figuram. Eademque de intimo recessu, in quem ait mare desinere.

§. 2.

Haec cum Eudoxus tradiderit, mathematicus homo, et figurarum inclinationisque locorum peritus, ac qui loca ea perlustraverit, imaginari oportet latus Atticae cum Megaride a Sunio usque

Attica. [2] κοίλην μὲν, ἀλλ' [3] ἐπίμικτον. Ἐνταῦθα δ' ἐστὶ κατὰ μέσην που τὴν λεχθεῖσαν γραμμὴν ὁ Πειραιεὺς, τὸ τῶν [4] Ἀθηνῶν ἐπίνειον. Διέχει γὰρ τοῦ μὲν Σχοινοῦντος τοῦ κατὰ τὸν ἰσθμὸν περὶ τριακοσίους [5] καὶ πεντήκοντα σταδίους· τοῦ δὲ Σουνίου τριάκοντα καὶ τριακοσίους· [6] τόσον πώς ἐστι διάστημα καὶ τὸ ἐπὶ Πηγὰς ἀπὸ τοῦ [7] Πειραιῶς, ὅσον περ καὶ ἐπὶ Σχοινοῦν-

2) Xylandri editio vitiose κοίλαιν.

3) Magna veri specie probatur emendatio Casauboni legentis ἐπὶ μικρὸν, quam ipsa res confirmat. Sine libris tamen, cum non plane sensu destituatur, vulgatam lectionem movere dubitavi.

4) Ita reposui ex codd. Casaubonn. Parif. Mosc. Ven. Guarino pro Ἀθηναίων, quod debetur Aldo. Sic infra ἐπίνειον Μεγαρέων et Μεγάρων in libris occurrit et p. 405, ἐπίνειον Θεσπιῶν et Θεσπιέων, et potest utrumque intelligi. Propius tamen ad ipsum locum referri videtur; tum etiam constantiori librorum consensu sic alibi noster loquitur; veluti lib. 6. p. 247. Νώλης καὶ Νουκερίας ἐπίνειον· lib. 16. p. 760. ἐπίνειον Ἰόππης. Sed cf. paullo post h. p.

5) Voces καὶ πεντήκοντα Parif. et Mosc. non acceperunt.

6) Mosc. τοσοῦτόν πως. In Parif. posterior tantum pars remansit . . . ον πως. In Veneto omnia hinc desunt ad φασί.

7) Moscov. Πειραίως. At vulgata forma ex Πειραιέως, contracta, recte habet, eaque maxime ab Atticis frequentatur, veluti Demosthene passim, Lysia in orat. 6. T. 1. p. 234. 236. (Reisk.) Thucydide 1, 93. Xenoph. Hist. Gr. 1, 2, 14. — Et sic Diodor. Sic. 13, 106. — Hinc Atticam eam formam faciunt Grammatici, Πειραιέως communem, uti Thomas Mag. p. 700.

que ad isthmum cavum quidem esse, verum promiscue. Est ibi in medio ferme dictae lineae Piraeeus Atheniensium navale, distans a Schoenunte, qui est ad isthmum, ad CCCL stadia, a Sunio CCCXXX, ac tantum circiter est intervallum ad Pagas a Piraeeo, quantum ad Schoe-

τοῦντα· δέκα δ' ὅμως σταδίοις πλεονάζειν φασί. Καμψαντι δὲ τὸ Σούνιον, πρὸς ἄρκτον μὲν ὁ πλοῦς ἐκκλίνων [8] πρὸς δύσιν. Attica.

§. 3.

[1] Ἀκτὴ δ' ἐστὶν ἀμφιθάλαττος, στενὴ τὸ πρῶτον, εἶτ' εἰς τὴν [2] μεσόγαιαν πλατύνεται, μηνοειδῆ δ' οὐδὲν ἧττον ἐπιστροφὴν λαμβάνει πρὸς Ὠρωπὸν τῆς Βοιωτίας, τὸ κυρτὸν [3] ἔχουσα πρὸς θαλάσσῃ. Τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ δεύτερον πλευρὸν ἑῶον τῆς Ἀττικῆς. Τὸ δὲ

700. Moeris p. 315. Etym. M. sub v. βασιλεὺς p. 189. etsi non perpetui usus esse hanc praeceptionem monet Wesseling. ad Diodor. c. l. et exemplis docuerunt viri docti ad Thomam Mag. quare etiam Πειραιῶς habet Diodor. 14, 33. 18, 64. sq. Thucyd. 2, 17. ubi tamen ex Cdd. melius dari poterat Πειραιῶς, quod et post dedit Gottleberus.

8) Sequitur τὸ πρὸς in Paris. spatium 4 syllabarum vacuum.

1) Casaubonn. Ἀττικὴ ex glossa. Ἐστὶν omiserunt Hopper. Xylander. In Paris. inde relictum spatium vacuum 3 syllabarum, itemque in seq. post μεσόγαιαν.

2) Mosc. ex more μεσογαῖαν, etsi et μεσογαίαν lib. 12. p. 576. Vid. ad lib. 7. p. 289. et passim alibi.

3) Mosc. ἔχουσαν, quod referret librarius ad ἐπιστροφήν. Tum usitato more θαλάττῃ, forte, ut omnino moneam, in Strabone rectius, cum dicat lib. 3. p. 147. καττίτερον et Καττιτερίδες νῆσοι, de

Schoenuntem: decem tamen stadiis excedere aiunt. Ubi Sunium flexeris versus septentrionem, navigatio est ad occidentem.

§. 3.

Acta autem est bimaris, primum angusta, quae tamen dilatatur deinde in mediterranea, nihiloque minus lunae formam imitatur flexu versus Oropum Boeotiae, convexa parte mari obversa. Hoc est alterum orientale Atticae latus. Reliquum Oro-

Attica. Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ· οὕτω δὲ σφόδρα πλησιάζει ταῖς πέτραις ἡ ὁδὸς, ὥστε πολλαχοῦ καὶ παράκρημνός ἐστι, διὰ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος δύσβατόν τε καὶ ὑψηλόν. Ἐνταῦθα [4] δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τοῦ Σκείρωνος καὶ τοῦ [5] Πιτυοκάμπτου τῶν ληϊζομένων τὴν λεχθεῖσαν ὀρεινὴν, οὓς καθεῖλε Θησεύς. Ἀπὸ δὲ τῶν ἄκρων τούτων καταιγίζοντα σκαιὸν τὸν Ἀργέστην, Σκείρωνα προσηγορεύκασιν Ἀθηναῖοι. Μετὰ δὲ τὰς Σκειρωνίδας πέτρας ἄκρα πρόκειται Μινώα, ποιοῦσα τὸν ἐν τῇ Νισαίᾳ λιμένα. Ἡ δὲ [6] Νίσαιά ἐστιν ἐπίνειον τῶν [7] Μεγάρων [8] δέκα

καὶ

4) Ven. verba δὲ μυθεύεται, τὰ περὶ τοῦ praeteriit.

5) Paris. Mosc. Ald. Hopper. Πιτυοκάμπτου. Vulgata forma praeter analogiam usu etiam aliorum probatur, veluti Plutarchi in Theseo cap. 8. Apollod. 3, 16, 2. Et sic alii Cdd. cum epitome.

6) Praetuli et hic Νίσαια, uti legitur lib. 8 p. 334. ubi v. notata. Vulgo diversa accentus sede Νισαία. Ita vero etiam rescribi debet lib. 8. p. 373. ubi Νισαίαν me invito legitur. Post mutato verborum ordine Mosc. ἐπίνειόν ἐστι.

7) Sic Casaubon. Paris. Mosc. pro Μεγαρέων, ut paullo superius ἐπίνειον Ἀθηναίων et Ἀθηνῶν commutantur. Utrumque ferri potest, et certe alterum Μεγαρέων sine variationis nota legitur lib. 8. p. 334. Sic Pausanias 1, 39, 4. Νίσαια Μεγαρεῦσιν ἐπίνειον ἀπ᾽ αὐτοῦ (Νίσου) καλεῖται. Contra Stephanus h. v. Schol.

Thu-

Atticam ducens: adeo autem prope ad petras accedit via, ut multis etiam locis praecipitia propter eam sint ob montem supra situm, qui invius est et altus. Ibi ferunt Scironem, et qui a pinuum curvatione Pityocamptes dictus fuit, consedisse, montanamque regionem latrociniis infestam habuisse: quos Theseus interfecit. Ab extremis his saxis oblique flantem procellasque cientem Argesten Athenienses Scironem dicunt. Post Scironides petras excurrit promontorium Minoa, quod Nisaeae portum conficit. Est autem Nisaea Megarensium na-

καὶ ὀκτὼ σταδίους τῆς πόλεως διέχον, σκέλεσιν ἑκατέρωθεν συναπτόμενον πρὸς αὐτήν· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τοῦτο Μινώα. Attica. p. 392.

§. 5.

Τὸ παλαιὸν μὲν οὖν Ἴωνες εἶχον τὴν χώραν ταύτην, οἵπερ καὶ τὴν Ἀττικήν, οὔπω τῶν Μεγάρων ἐκτισμένων· διόπερ οὐδ' ὁ ποιητὴς μέμνηται τῶν τόπων τούτων ἰδίως, ἀλλ' Ἀθηναίους καλῶν τοὺς ἐν τῇ Ἀττικῇ πάντας, συμπεριείληφε καὶ τούτους τῷ κοινῷ ὀνόματι Ἀθηναίους [1] νομίζων· ὡς ὅταν φῇ ἐν τῷ καταλόγῳ·

Οἵ

Thucyd. ad 1, 30. ἐπίνειον Μεγαρίδος, vel Μεγάρων, ut idem Scholiastes ad 2, 31. V. paullo antea. Parui tamen et hic codicibus illis, quia propius loci viciniam adficit. Solent autem saepe locorum et gentilium nomina sic commutari, ut difficile vera auctoris manus agnosci possit.

8) Mosc. δεκαοκτώ.

1) Casaubonus coniiciebat ὀνομάζων, quod, etsi est apertius, non tamen necessario mutandum videtur. Subest enim illa notio. Sic Demosth. in adpellat. adversus Eubulidem p. 1314. Lips. ὑμῶν ἕκαστος ἑαυτοῦ μητέρα νομίζων. Plutarch. de fortuna p. 375. (Vol. 6. Lips.) in eadem narrationis serie νομίζειν et καλεῖν mutat. Idem verbum, νομίζειν, offendit Galeum in Co-

navale, distans ab urbe stadiis XIIX, et longo utrinque muro ei connexum: idque etiam Minoa appellatur.

§. 5.

Antiquitus hanc regionem Iones habitabant, ut et Atticam, nondum conditis Megaris. Ideoque Homerus horum locorum mentionem seorsum non facit, sed cum Athenienses vocat omnes Atticae incolas, eo nomine hos quoque complectitur atque censet; ut cum in Catalogo ait,

Qui-

Attica. Οἱ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον· δέχεσθαι δεῖ καὶ τοὺς [2] νῦν Μεγαρέας, ὡς καὶ [3] αὐτοὺς μετασχόντας τῆς στρατείας. Σημεῖον δέ· ἡ γὰρ Ἀττικὴ τὸ παλαιὸν Ἰωνία καὶ Ἰὰς [4] ἐκαλεῖτο· καὶ ὁ ποιητὴς ὅταν φῇ,

Ἔνθάδε Βοιωτοὶ καὶ [5] Ἰάονες —

τοὺς Ἀθηναίους λέγει· ταύτης δ' ἦν καὶ ἡ Μεγαρὶς [6] μέρος.

§. 6.

Cononis narrat. cap. 44. Contra νομίζουσι volunt pro ὀνομάζουσι interpretes Pausaniae 2, 14, 2, 8, 36, 5. Utrumque hinc variatur passim in libris, veluti apud Pausaniam 10, 8. in. Sed plura exempla dabit Wesseling. ad Diodor. Sic. 1, 23. 2, 30. 3, 72.

2) Omittit hanc particulam, quae ad vim demonstrationis recte adest, Eustathius ad Homer. Il. 2, 546. p. m. 215. in repetendo hoc loco.

3) Paris. Mosc. τοῦτο.

4) Ven. ἐκαλοῦντο.

5) Paris. Mosc. cum Aldo et Hoppero Ἴωνες. Sed Ἰάονες in Homero Il. 13, 685. rectius omnes libri et scholiastae. Eustathius διάλυσιν Boeotorum more factam censet, alii alii adferunt, de quibus hic disputandi locus non datur.

6) Mosc. hanc vocem ignorat. Paris. locum sic struit: ταύτης δ' ἦν μερὶς καὶ ἡ Μεγαρὶς, nec aliter Ven. tantum labe adspersa μελὶς pro μερὶς. Μερὶς etiam dederunt Aldus et Hopperus. Quid velit Strabo, in aperto est.

Quique urbem pulcrae tenuerunt molis Athenas: intelligendi sunt etiam, qui nunc Megarenses dicuntur, una ipsi quoque tum ad bellum profecti. Cuius rei signum est, quod priscis temporibus dicta fuit Ionia et Ias, et cum Homerus ait,

Illic Boeotique et Iaones, —

Athenienses significat. Huius autem Ioniae pars fuit etiam Megaris.

§. 6.

§. 6. Attica.

Καὶ δὴ καὶ [1] περὶ τῶν ὁρίων ἀμφισβητοῦντες πολλάκις οἵτε Πελοποννήσιοι καὶ οἱ Ἴωνες, ἐν οἷς [2] ἦν καὶ ἡ Κρομμυωνία, συνέβησαν, καὶ στήλην ἔστησαν ἐπὶ τοῦ συνομολογηθέντος τόπου περὶ αὐτὸν τὸν ἰσθμὸν, [3] ἐπιγραφὴν ἔχουσαν ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τὴν Πελοπόννησον μέρους·

Τὰ δ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία·

ἐπὶ δὲ τοῦ πρὸς [4] τὰ Μέγαρα·

Τὰ δ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.

Οἵτε δὴ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες, πολλὰ διαφωνοῦντες, τοῦτό γε ὁμολογοῦσιν, [5] οἵ γε λόγου ἄξιοι, [6] ὅτι,

1) Elapsa est haec particula in Mosc. Post idem cum Paris. οἱ ante Ἴωνες omittit.

2) Non incommode abest in Ven.

3) Quae hinc ad μέρους leguntur, non reddidit Ven.

4) Absque articulo nomen adparet in Paris. Mosc. Ven.

5) Ven. tantum οἵ.

§. 6.

Et quidem Peloponnesii et Iones, cum diu multumque de finibus disceptassent, in quibus et Crommyonia fuit, convenerunt aliquando, et in loco, de quo utrinque constabat, columnam posuerunt apud ipsum isthmum: quae in parte Peloponnesum spectante habebat hanc inscriptionem,

Haec iam Peloponnesus sunt, non Ionia:

in parte autem Megaris obversa,

Haec non Peloponnesus iam sunt, sed Ionia.

Et qui Atthida, seu res Atticas, scripserunt, quanquam in multis dissentiunt, in eo tamen omnes, qui quidem alicuius sunt nominis, consen-

Attica. [6] ὅτι, τῶν Πανδιονιδῶν τεσσάρων ὄντων, Αἰγέως τε, καὶ Λύκου, καὶ Πάλλαντος, καὶ [7] τοῦ τετάρτου Νίσου· καὶ τῆς Ἀττικῆς εἰς τέτταρα μέρη διαιρεθείσης, ὁ Νῖσος τὴν Μεγαρίδα λάχοι, καὶ κτίσαι τὴν Νίσαιαν. [8] Φιλόχορος μὲν οὖν ἀπὸ ἰσθμοῦ μέχρι [9] Πυθίου διήκειν αὐτοῦ φησι τὴν ἀρχήν. [10] Ἄνδρων δὲ μέχρι Ἐλευσῖνος καὶ τοῦ Θριασίου πεδίου. [11] Τὴν δ' εἰς τέτταρα μέρη διανομὴν, ἄλλων ἄλλως εἰρηκότων, ἀρκεῖ ταῦτα

6) Ven. Parif. διότι, quas particulas passim commutari notatum est ad lib. 7. p. 300. 321. in. infra in hoc libro p. 401. et alibi.

7) Inserui articulum in hoc nexu ex Mosc. Antea edd. Aldi, Hopperi, Xyland. Πάλλαντος habent.

8) Parif. Mosc. Φιλόχωρος male; recte alibi, uti p. 397. Sic Στησίχορος lib. 8. p. 347. et in aliis, uti etiam Φιλόχορος.

9) Articulum addunt Parif. Mosc.

10) Casaubonus ex Pausania 6, 7, 2. 10, 8. in. (non 10, 7.) ad Androtionem pertinere putat, qui Ἀτθίδα scripsit, uti Philochorus, (Dionysius Halic. in epist. ad Ammaeum cap. 9. —) sic ut bene componi invicem et simul stare possint. Accedit, quod Androtion ad superiorem Homeri locum et de columnae inscriptione diserte laudatur a Scholiaste Homeri Villoisoniano. In vulgata tamen lectione pertinaciter consistunt codices, et salva res, cum ex ipso Strabone lib. 10. p. 475. f. talia eum scribere potuisse adpareat, eiusque periplum praeter alia commemoret Schol. Apollonii ad 2, 354.

11) Recepi pro τὴν ex Mosc. et Ven.

sentiunt, quod, cum Pandionidae fuissent quatuor, Aegeus, Lycus, Pallas, et Nisus, Atticaque divisa fuisset in quatuor portiones, Nisus Megaridem sorte obtinuerit, Nisaeamque condiderit. Philochorus ab Isthmo ad Pythium usque regnum eius pertigisse scribit. Andron usque ad Eleusinem et campum Thriasium. Iam cum divisionem illam in quatuor partes factam alii aliter exponant, sufficiant nobis versus

τα [12] παρὰ Σοφοκλέους λαβεῖν· Φησὶ δ' ὁ Αἰγεύς· Attica.

[13] Ὅτι ὁ πατὴρ ὥρισεν ἐμοὶ μὲν ἀπελθεῖν εἰς ἀκτὰς,
Τῆς δὲ γῆς πρεσβεῖα νείμας· τῷ δὲ Λύκῳ
Τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας [14] νέμων·
[15] Νίσῳ δὲ τὴν [16] ἀνόμαλον ἐξαίρει χθόναν.

Y 3 Σκεί-

12) Ven. περί. Post idem εἰς pro ὁ.

13) Hos priores duos versus soluto metro insertisque quibusdam verbis a Strabone repetitos monet et ita ordinat Casaubonus:

Πατὴρ δ' ἀπελθεῖν ὥρισ' εἰς ἀκτὴν ἐμοὶ
Πρεσβεῖα νείμας τῆς δὲ γῆς· τῷ δ' αὖ Λύκῳ

atque sic in fragmentis Sophoclis Vol. 2. p. 4. produxit Brunckius. Xylander cum Aldo et Hoppero, tamquam si iusta metri lege illa constarent, exhibent inde ab ὅτι sic, ut ἀκτὰς claudat versum primum, alterum νείμας, unde tertium complectuntur verbis: Τῷ δὲ Λύκῳ — — νέμων. De singulis, quae sequuntur, deinceps. De his tantum addo, quod loco verborum ἀπελθεῖν — νείμας Venetus substituit ἀκτὰς καί.

14) Xyl. νέμον operarum negligentia. Brunckius posuit νέμειν, quia pendeat ab ὥρισε. At, sicut antea νείμας, stare per se potest, ita ut ad πατὴρ referatur, nec significet, quod ille vult, *habitare, possidere*, sed *adtribuere*, ut antea νείμας.

15) Mosc. solemni utriusque literae commutatione in promiscuo pronuntiationis usu νήσῳ, ita tamen, ut τὸ ι supra esset positum. Νίσῳ recte, ut aliunde liquet.

16) Casaubonn. ὁμάνδεν, Moscov. ὅμανδεν, Parif. ὕμανδον, ex quibus formis, quae vox extundi possit, equidem non video. Quid alii ferant, ignoro. Guarinus non adtigit. Casaubonus,

fus ea de re Sophoclis, apud quem sic loquitur Aegeus.

Me genitor Actas occupare iubet, soli
Primariam mihi portionem destinans.

Lyco sed agrorum Euboeae oppositum latus:

Niso sed oram ad saxa Scironis sitam.

Loco

Attica. Σκείρωνος ἀκτῆς, τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον
Ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων
Εἴληχε Πάλλας.

Ὅτι μὲν οὖν ἡ Μεγαρὶς τῆς Ἀττικῆς μέρος ἦν, ταύταις χρῶνται τεκμηρίοις.

§. 7.

Μετὰ δὲ [1] τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον καὶ τὸν τῆς χώρας μερισμὸν, ὑπ' αὐτῶν καὶ τῶν συγκατελθόντων αὐτοῖς Δωρίεων, ἐκπεσεῖν τῆς οἰκείας συνέβη πολλοὺς εἰς τὴν Ἀττικὴν, ὧν ἦν καὶ ὁ τῆς Μεσσήνης βασιλεὺς Μέλανθος· οὗτος δὲ καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑκόντων νικήσας ἐκ μονομαχίας τὸν

p. 393.

mus, Scaligeri secutus iudicium, adsentiente Brunckio mavult ἀνώμαλον, quod Megaridi accommodatum esse vel ex nostro constat. Agnoscit etiam hanc lectionem Bochart. in Hieroz. P. 2. lib. 5, 7. p. m. 705. et τραχεῖαν ex Hesychio explicat, quam ipsam vocem de Megaride adhibet Stephanus. Aliud tamen hic latere vocabulum puto. Interim adposui lectionem a Casaubono ortam, pro vulgata ὁμαλόν. Forte etiam usitata forma scribi possit ἀνώμαλον, cum etiam in hac sede passim anapaestus inveniatur.

1) Ven. τὴν Ἡρακλεῖδα; et post αὐτοῦ pro αὐτῶν.

Tellurem ad austrum forte Pallas obtinet
Quae spectat, asper et gigantes educans.

His ergo argumentis docent Megaridem Atticae fuisse partem.

§. 7.

Post Heraclidarum reditum et regionis partitionem usu venit, ut multi ab iis et Dorienſibus una cum iis reversis, suis sedibus pulsi in Atticam migrarent: e quibus fuit etiam Melanthus, Messenae rex: qui cum singulari pugna Xanthum vicisset Boeotorum regem, ultro ab

τὸν [2] τῶν Βοιωτῶν βασιλέα Ξάνθον. Εὐανδρούσης Attica. δὲ τῆς Ἀττικῆς διὰ τοὺς Φυγάδας, φοβηθέντες οἱ Ἡρακλεῖδαι, παροξυνάντων αὐτοὺς μάλιστα τῶν ἐν Κορίνθῳ καὶ τῶν ἐν Μεσσήνῃ, τῶν μὲν διὰ τὴν γειτνίασιν, τῶν δὲ, ὅτι Κόδρος [3] ἐβασίλευε τῆς Ἀττικῆς τότε ὁ τοῦ Μελάνθου παῖς, ἐστράτευσαν [4] ἐπὶ τὴν Ἀττικήν· ἡττηθέντες δὲ μάχῃ τῆς μὲν ἄλλης ἐξέστησαν γῆς, τὴν Μεγαρικὴν δὲ κατέσχον, καὶ τήν τε πόλιν ἔκτισαν τὰ Μέγαρα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους Δωριέας ἀντὶ [5] Ἰώνων ἐποίησαν· ἠφάνισαν δὲ καὶ τὴν στήλην τὴν ὁρίζουσαν τούς τε Ἴωνας καὶ τοὺς Πελοποννησίους.

§. 8.

Πολλαῖς δὲ κέχρηται μεταβολαῖς ἡ τῶν Μεγαρέων

2) Cum Parif. et Mofc. addidi τῶν.

3) Mofc. alio ordine τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευε.

4) Vatic. sic. Cf. paullo post et ad p. 401. f. et alibi.

5) Quidam libri Cafauboniani Μεγαρέων, quod blandam habet veri speciem, fi adhibeas Paufaniam 1, 39, 4. et Scymnum Chium v. 501. fq. At non de folis Megarenfibus Strabo loquitur, fed de tota gente, cuius illi antea pars erant. Rectius igitur reliqui codices cum Guarino et libris editis ex ferie illa difputationis et nexu tuentur Ἰώνων.

ab Athenienfibus rex eft creatus. Cum autem exfulum frequentia faceret, ut copia virorum floreret Attica, metuentes fibi Heraclidae, inftigantibus eos maxime Corinthiis et Meffeniis, illis ob vicinitatem, his, quod tum Codrus Melanthi F. regnum Atticae tenebat, bellum Atticae intulerunt: victique proelio, et ex Attica profligati, Megaricam tamen occupaverunt, et Megaris urbe condita, incolas ex Ionibus fecerunt Dorienfes: aboleverunt etiam columnam, quae Iones a Peloponnefo diftinguebat.

§. 8.

Urbs Megarenfium, quanquam multas eft paffa mutatio-

Attica. ρέων πόλις· συμμένει δ' ὅμως μέχρι [1] νῦν. Ἔσχε δέ ποτε καὶ Φιλοσόφων διατριβὰς τῶν προσαγορευθέντων Μεγαρικῶν, Εὐκλείδην διαδεξαμένων [2] Σωκρατικὸν ἄνδρα, Μεγαρέα τὸ γένος· καθάπερ καὶ Φαίδωνα μὲν τὸν Ἠλεῖον οἱ [3] Ἠλειακοὶ διεδέξαντο, καὶ τοῦτον Σωκρατικὸν, ὧν ἦν καὶ Πύῤῥων· Μενέδημον δὲ τὸν Ἐρετριέα οἱ [4] Ἐρετριακοί. Ἔστι δ' ἡ χώρα τῶν Με-

1) Mosc. καὶ νῦν.

2) Idem inverso ordine ἄνδρα Σωκρατικόν. Gem. Pletho vocem ἄνδρα non admisit.

3) Tertiae a principio syllabae scripturam incertam faciunt libri. Vulgo scribitur Ἠλιακοί. Sed Paris. Mosc. Medic. volunt Ἠλειακοὶ, uti legitur apud Diogen. Laert. 2, 105. et 1, 20. ex Hippoboto αἵρεσις Ἠλειακή. Et sic scribit etiam Hesychius Milesius de viris inlustr. s. v. Φαίδων, quam formam probat gentile Ἠλεῖος, etsi contra Ἠλιακὸς legitur in Stephano h. v. et Suida s. v. Φαίδων. Malui tamen illis parere, quod, ut et tuto possem, fecerunt etiam boni codices, dedique per ει.

4) Ven. Paris. Mosc. Ἐρετρικοὶ, et sic Guarinus *Eretrici*. Eadem forma stat in nostro lib. 10. p. 448. ubi tamen mendum latere suspicatur Berkelius ad Stephanum p. 350. Sed et Hippobotus apud Diogenem Laertium 1, 19. αἵρεσιν Ἐρετρικὴν dixit, et Diogenes ipse 4, 33. Ἐρετρικοὶ λόγοι· lib. 2. extr. Ἐρετρικὸν ἔργον, et 1, 17. Ἐρετρικοὶ de philosophis. Eadem etiam forma occurrit in Platonis epigrammate 24. T. 1. p. 107. in Iacobs. Anthol. Sed et Diogenes Laert. 2, 105. scribit Ἐρετριακὸς, uti Hesychius Lexicogr. h. v. et Hesychius Milel. c. l.

tiones, tamen etiamnum durat. Habuit aliquando etiam scholam philosophorum, qui Megarici dicebantur, successores Euclidis Socratici, genere Megarensis, quomodo Phaedoni Eleo Eleaci successerunt, ipsi quoque Socratici; de quibus etiam Pyrrho fuit: et Menedemo Eretriensi Eretriaci. Est autem re-

Μεγαρέων [5] παράλυπρας, καθάπερ καὶ ἡ Ἀττικὴ, καὶ τὸ πλέον αὐτῆς ἐπέχει τὰ καλούμενα Ὄνεια ὄρη, [6] ῥάχις τις μηκυνομένη μὲν ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὸν Κιθαιρῶνα, διείργουσα δὲ τὴν κατὰ Νίσαιαν [7] θάλασσαν ἀπὸ τῆς [8] κατὰ Κρίσσαν [9] Ἀλκυονίδος προσαγορευομένης. Attica.

Y 5 §. 9.

l. quae una adeo forma memoratur a Stephano. Utraque tamen recta videtur et usitata iudice etiam Casaubono ad Diogen. 1, 19. etsi expulso α malit Holsten. ad Stephan. p. 116. Quam vero saepe ιακὸς et ικὸς in libris Strabonis permutentur invicem, supra aliquoties notatum est. Cf. ad lib. 8. p. 378. Equidem in illa ambiguitate hic Ἐρετριακὸς acceptum reddidi propter ceteros codices, et quod propius ad urbis nomen accedat.

5) Parif. Mosc. περίλυπρος, quae vox, etsi in se nihil habeat, quod repugnet, usu tamen destituitur. Tum vero etiam praepositae particulae commutatio nota est.

6) Pro ῥάχις, quod est in editis, ex Moscov. recepi ῥάχις, confirmatus aliorum auctorum exemplis, in primis poetarum, a quibus penultima corripitur, veluti Homero in Il. 9, 208.

7) Mosc. usitato more θάλατταν.

8) Idem cum Parif. κατα relicta hinc brevi lacuna ad Ἀλκυονίδος, a quo narratio retexitur. Maior lacuna patet in Ven. a κατὰ ad προσαγορευομένης, in quo verbo desinit: Pro Κρίσαν editionum dedi, ut alibi, Κρίσσαν. Vid. ad p. 405.

9) Aldus, Hopper. ἀλκιονίδος. Parif. Ἀλκυωνίδος, ω tamen superscripto. At τὸ ο tuentur voces cognatae, in prosodicis etiam, unde Sylburg. in Pausania 2, 37, 5. Ἀλκυωνία λίμνη improbat.

regio Megarensium subaspera, sicut et Atticae et maiorem eius partem occupant Oneii montes (quasi Asininos diceres) dorsum a Scironiis saxis porrectum versus Boeotiam et Cithaeronem, et mare, quod ad Nisaeam est, a Crissaeo distinguens, quod Alcyonium dicitur.

Attica.

§. 9.

Πρόκειται δ' ἀπὸ Νισαίας πλέοντι [1] εἰς τὴν Ἀττικὴν πέντε νησία. Εἶτα Σαλαμὶς ἑβδομήκοντά που σταδίων οὖσα τὸ μῆκος, οἱ δ' ὀγδοήκοντά φασιν· ἔχει δ' ὁμώνυμον πόλιν, τὴν μὲν ἀρχαίαν ἔρημον πρὸς Αἴγιναν τετραμμένην καὶ πρὸς νότον, καθάπερ [2] καὶ Αἰσχύλος εἴρηκεν,

Αἴγινα δ' αὕτη πρὸς νότου κεῖται πνοάς·

τὴν δὲ νῦν ἐν κόλπῳ κειμένην ἐπὶ χερρονησοειδοῦς [3] τόπου συνάπτοντος πρὸς τὴν Ἀττικήν. Ἐκαλεῖτο [4] δ' ἑτέροις ὀνόμασι τὸ παλαιόν· καὶ γὰρ [5] Σκιρὰς, καὶ [6] Κυ-

1) Sic conclamantibus Casaubonn. Vatic. Ven. Mosc. Gem. Plethone reposui pro ἐπὶ, etsi et hoc rectum adeoque usu et re magis paratum videatur. Eadem particularum earum commutatio paullo ante notata est.

2) Particula καὶ deest in Ven. Post idem scribit χεῤῥονησοειδῦ.

3) Gem. Pletho τόπῳ κατὰ τὸ πρὸς τὴν Ἀττικὴν μέρος.

4) Casaubonn. δὲ τέως ἑτέροις. Vatic. post ὄνομα pro ὀνόμασι.

5) Mosc. Σκειρὰς, uti in Parisiensi a prima manu. Vera scriptura ex subiectis facile probatur. Ita enim plures commemorant Ἀθηνᾶν et Σκιροφοριῶνα μῆνα. V. Harpocration s. v.

§. 9.

Naviganti a Nisaea versus Atticam quinque exiguae insulae occurrunt. Inde est Salamis, longitudine LXX fere, aut, ut alii volunt, LXXX stadiorum; urbem habet cognominem: et prisca quidem, Aeginae et austro obversa, deserta est: sicut etiam Aeschylus dixit:

Aegina versus Austri flatus est sita;

nova autem in sinu sita est in loco peninsulam referente, et Atticam attingente. Antiquitus alia habuit nomina: dicebatur enim Sciras, et

[6] Κυχρεία, ἀπό τινων ἡρώων, [7] ὧν ἀφ' ὃ μὲν [8] Ἀθηνᾶ τε λέγεται Σκιρὰς, καὶ τόπος Σκίρα ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ [9] Ἐπισκίρωσις ἱεροποιΐα τις, καὶ [10] ὁ μὲν ὁ Attica.

v. Σκίρον et qui cum eo consentiunt Schol. Aristoph. in Ἐκκλησ. in, et Suidas Tom. 3. p. 334. et, ne acta agam, quae conlegit undique Meursius in Graecia Feriata lib. 6. p. 254. s. v. Σκείρα aut Σκίρα, quorum prius in quibusdam repertum reiicit. Sed per ι praeter reliquos codices ex nostro etiam repetit Eustathius ad Dionys. v. 511. nec aliter mensis nomen in marmoribus adpositum cernitur. Sed in sequ. ipsi illi codices hanc scripturam praestant.

6) Editiones omnes ferebant Κυχρία, a quibus nec codices discrepant. At manifesto vitio, cum nomen descendat a Κυχρεύς, uti cum aliis diserte adfirmat Strabo. Tum per ει efferunt etiam Stephanus s. v. Κυχρεῖος ex hoc loco et qui eum ante oculos positum habuit, Eustathius ad Dionys. v. 511. quare Κυχρεία recipiendum eo magis putavi. Hinc et post dedi Κυχρείδης pro Κυχρίδης, vel, ut vulgo legitur, Κυχρειώδης. At in ipso herois nomine penultimam non omnes uno modo efferunt aliique vel simpliciter Κυγχρεὺς scribunt, vel utramque formam iuxta ponunt, uti Tzetzes ad Lycophron. v. 451. Sed de eo consuli possunt Bochart. in Chanaan 1, 21. Wesseling. ad Diodor. Sic. 4, 72. Heyne ad Apollodor. 3, 12, p. 783.

7) Hoc pronomen primus inseruit Casaubonus adsentientibus Msstis, cum antea abesset. Valet idem, quod ἀπὸ τῦ μὲν φύτῶν in seiuncta et divisa oratione. Tum vero etiam possit abesse, uti ἀπὸ τῦ μὲν simpliciter etiam locum habet.

8) Ven. Ἀθηνᾶ τε λέγεται Σκιρὰς καὶ Κυχρία καὶ τόπος.

9) Paris. ἐπισκίρω et supra ἐπισκίρῳ. Mosc. divise ἐπὶ σκίρῳ. Venet. ἐπισκήρῳ. Ald. ἐπὶ σκίρωσις. Casaubonus coniicit καὶ ἔτι σκίρωσις, et sic simpliciter hunc locum ex Strabone repetit Meursius in Gr. Feriata c. l. Sed codicum lectio adstrui possit ex

et Cychreia, a quibusdam heroibus: unde et Minerva Sciras, et Scira locus Atticae, et Episcirosis, sacrificium quoddam,

Attica. ὁ Σκιροφοριών· ἀφ' οὗ δὴ καὶ [11] Κυχρείδης ὄφις, ὃν φησὶν Ἡσίοδος τραφέντα ὑπὸ Κυχρέως ἐξελαθῆναι ὑπὸ [12] Εὐρυλόχου, λυμαινόμενον τὴν νῆσον, ὑποδέξασθαι

ex Stephano s. v. Σκῖρος, qui dicit, ἐπὶ Σκίρῳ Ἀθήνησι (Meursius Ἀθηνᾷ) θύεται. Ipsum festum cum aliis vocat Σκίραν et post Ἐπίσκιραν, pro quo tamen Meursius c. l. etiam emendat ἔτι Σκίρα, renitente quidem Holstenio ad Stephan. p. 298. qui et contra Casaubonum in Strabone vulgatam lectionem probat. Desideratur utique non nomen ipsum primitivum, sed deductum ab eo vocabulum. Tum si Scirum, quod innuunt illi codices addidisset, notasset etiam, ut solet, diversum loci huius situm. Adstruunt praeterea receptam formam non solum alii codices cum Guarino, sed et Stephani Ἐπίσκιρα, etsi in fine discrepet. Uti igitur haec adpellatio locum involvit, sic alia Σκιροφόρια ab origine et ritu petita est. cf. Meursius c. l. Hesychius h. v. et quae ibi notantur.

10) Mosc. ὁ μὲν ὁ Σιροφοριῶν, praeter aliorum usum. Μὲν pro μὴν facili lapsu.

11) Vulgo Κυχρειώδης. Casaubonn. Paris. Moscov. Vatic. Κυχρίδης, quae forma etiam praeferenda videtur, tantum levi facta immutatione, Κυχρείδης. Guarinus etiam vertit *Cychrides*. Vix enim intelligitur, unde hic τὸ ω adsumtum fuerit. Uti vero in libris Κυχρίδης pro Κυχρείδης, sic gentilia in ειτης transeunt in ιτης, de quo monuit Sylburg. ad Pausan. 4, 34. p. 365. Τεμίτης quidem memorat Stephanus sub v. Τεμεὺς, at recte monet, per ει scribendum esse, uti et conspicitur in numis et a poetis, Ovidio maxime, probatur. Hic parui codicum auctoritati posuique Κυχρείδης. Male post Aldus Κιχρέως.

12) Codices cum Guarino et editionibus Εὐρύκλου, etsi Xylander Εὐρύκλου, Casaub. 2. et Amstel. Εὐρύκλου. Videtur tamen

dam, et mensis Scirophorion: hinc et Cychriodes serpens, quem alitum a Cychreo, Hesiodus ait ab Eurylocho profligatum fuisse, cum insulam infestaret,

σθαι δὲ αὐτὸν τὴν Δήμητραν εἰς Ἐλευσῖνα, καὶ γενέσθαι ταύτης ἀμφίπολον· ὠνομάσθη δὲ καὶ [13] Πιτυοῦσσα ἀπὸ τοῦ φυτοῦ. Ἐπιφανὴς δὲ ἡ νῆσος ὑπῆρξε διά τε τοὺς Αἰακίδας ὑπάρξαντας αὐτῆς, καὶ μάλιστα δι' Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος, καὶ διὰ τὸ περὶ τὴν νῆσον ταύτην καταναυμαχηθῆναι Ξέρξην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, καὶ φυγεῖν εἰς τὴν οἰκείαν. Συναπέλαυσαν δὲ καὶ Αἰγινῆται τῆς περὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον δόξης, γείτονές τε ὄντες καὶ ναυτικὸν ἀξιόλογον παρασχόμενοι. Βώκαρος δ' ἐστὶν ἐν [14] Σαλαμῖνι ποταμὸς, ὁ νῦν [15] Βωκαλίας καλούμενος. Attica. p. 394.

§. 10.

men hoc nomen ex compendio scribendi vitiatum et legendum esse Εὐρυλόχου, quod primum observasse Hartungum (vid. in Gruteri lampade critica T. 2. p. 709.) notavit ad Stephanum p. 497. Berkelius. Accessit Bochartus in Chanaan 1, 21. extr. Quam coniecturam adiuvat ipse Strabo infra p. 418. et 421. magis tamen confirmant, qui hunc Strabonis locum repraesentant Stephanus s. v. Κυχρεῖος et Eustathius ad Dionys. v. 511. Qui cum codicum vetustorum vicem sustineant, fidemque, ubi alia adsunt signa, praestent, recipere sum ausus.

13) Paris. Mosc. simplici σ. Utramque rationem auctorum usus admittit, quamvis prior ad ipsam formae originem propius accedit.

14) Casaub. Paris. Mosc. Vat. Venet. consentiente Guarino Ἐλευ-

ret, receptumque Eleusine a Cerere in locum administri. Pityussa etiam a pinu, quae Graecis est pitys, dicta fuit. Claruit autem insula haec cum propter Aeacidas, qui eam tenuerunt, praesertim Aiacem Telamonis F.: tum quod ibi victus navali praelio a Graecis Xerxes, fuga domum contendit. Quin et Aeginetae in partem gloriae eo proelio partae venerunt, vicini et qui memorabilem praebuissent classem. Amnis est insulae Salaminae Bocarus, qui nunc Bocalias appellatur.

§. 10.

Attica.

§. 10.

Καὶ νῦν μὲν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον· τὸ δὲ παλαιὸν πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἔρις περὶ αὐτῆς· καὶ φασὶν οἱ μὲν Πεισίστρατον, οἱ δὲ Σόλωνα [1] παρεγγράψαντα ἐν τῷ νεῶν καταλόγῳ μετὰ τὸ ἔπος τοῦτο,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος [2] ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

ἑξῆς

Ἐλευσῖνι. Vulgata igitur lectio debetur Aldo, quam tamen etiam Gem. Pletho retulisse videtur. Recte quidem. Non enim intelligitur, quid huc Eleusin faciat, cum de Salamine exponat. Ita etiam hic legisse Eustathium vel in aliis invenisse inde adparet, quod ad Homerum Il. 2, 637. p. m. 233. disertis verbis Bocarum hunc Σαλαμίνιον ποταμὸν vocat. Et sic idem ad Dionys. v. 511. scribit Ἔχει δὲ καὶ ποταμὸν Βώκαρον. Accedit testimonium Lycophr. v. 451. qui ipse, remoto Strabone, Κυχρῆος ἄντρον et Βωκάρου νάματα coniungit. Minime igitur hic, cum res ipsa et narrationis summa reluctetur, codices auscultari possunt et debent.

15) Venet. Mosc. Βωκαλία, quod etiam expressit Guarinus. Ego alterum probo.

1) Paris. Mosc. παρεγγράψαντα, quod forte voluit Aldus suo παρεγγράψαντα. Prius etiam legitur in Eustathio ad Homer. Il. 2, 557. p. m. 215, 43. Et sic de eadem re Plutarchus in Solone cap. 10. dicit ἐμβαλεῖν, Diogen. Laert. 1, 48. ἐγγράψαι, Ulpianus ad Demosth. de falsa legat. παρενθεῖναι. Non igitur dubitavi pro vulgato παραγράψαι, etsi id omnino minime improbari potest, substituere, tamquam aptius, παρεγγράψαι.

2) Paris. Mosc. ἄγε. Utramque lectionem in Homero exstitisse notat Eustathius c. l. at, qui ἄγε legerint, subiecisse τρισκαίδεκα.

§. 10.

Nunc Athenienses possident insulam; quondam cum Megarensibus de ea contenderunt: feruntque Pisistratum, aut (ut alii volunt) Solonem, post versum Boeotiae hunc,

A Salamine aderat cum bis sex navibus Aiax,

in-

Attica.

ἑξῆς [3] τῦτο,

Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵςαντο φάλαγγες,

μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ, τῦ, τὴν νῆσον ἐξ ἀρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. Οὐ παραδέχονται δὲ τῦθ' οἱ [4] κριτικοὶ, διὰ τὸ πολλὰ τῶν ἐπῶν [5] ἀντιμαρτυρεῖν αὐτοῖς. Διὰ τί γὰρ ναυλοχῶν ἔσχατος φαίνεται ὁ Αἴας, οὐ μετ' Ἀθηναίων, ἀλλὰ μετὰ τῶν ὑπὸ [6] Πρωτεσιλάῳ Θετταλῶν;

Ἔνθ' ἔσαν Αἴαντός [7] τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου.

Καὶ ἐν τῇ [8] ἐπιπωλήσει Ἀγαμέμνων·

Εὗρ' υἱὸν Πετεῶο Μενεσθῆα πλήξιππον

[9] Ἐςα-

3) Ald. Hopper. vitiose τύτῳ. Proxime post Parif. ςῆσαι.

4) Mosc. κρητικοί.

5) Gem. Pletho sic: ἀντιμαρτυρεῖν τύτῳ. Καὶ γὰρ διὰ ναυλόχων —

6) Ita pro Πρωτεσιλάυ recepi ex Mosc. et Medic. uti legitur infra p. 435. m. et alibi in aliis. Vid. Lennep. ad Phalaridis epist. 84. p. 242. et quae loca adtulit. Ita nempe loqui solent, ubi ὤν, γενόμενος subintelliguntur. Attamen, quod mirum videatur genitivum etiam aliquoties adhibuit p. 432. ubi vid. Aliud πάσχεσθαι ὑπό τινα, etsi et sic τινὶ adiectum reperitur.

7) Mosc. Αἴαντος νῆες. Vulgata sequitur lectionem, quae prostat in Homero Il. 13, 681.

8) Parif. Mosc. per ο, uti Ald. Hopper. Vitiose item ab alia parte Xylander ἐπιπωλήσαι. Tum ante Ἀγαμέμνων ponit articulum Mosc.

inserto per fallaciam hoc,

Quas statuit, ubi Athenarum stabat cita classis:

Homeri testimonio docuisse, insulam antiquitus Atheniensium fuisse. Verum critici id non admittunt, quod multi alii versus contra testimonium praebeant. Cur enim Aiacis navium statio ultimo fuit loco, non iuxta Athenienses, sed Thessalos, qui cum Protesilao venerant?

Hic naves Aiacis erant, et Protesilai.

Et Agamemno exercitum obiens,

Repperit hic Petei fortemque Menesthea natum,

Cir-

Attica. [9] Ἕστασ᾽, ἀμφὶ δ᾽ Ἀθηναῖοι μήστωρες ἀϋτῆς.
Αὐτὰρ ὁ πλησίον [10] εἱστήκει πολύμητις Ὀδυσσεύς,
Πὰρ δὲ Κεφαλλήνων [11] ἀμφὶ στίχες. —
Ἐπὶ δὲ τὸν Αἴαντα καὶ τοὺς Σαλαμινίους πάλιν·
[12] Ἦλθε δ᾽ ἐπ᾽ Αἰάντεσσι —
Καὶ παρ᾽ αὐτούς·
Ἰδομενεὺς δ᾽ ἑτέρωθεν, —
οὐ Μενεσθεύς. Οἱ μὲν [13] οὖν Ἀθηναῖοι τοιαύτην τινὰ [14] σκήψασθαι μαρτυρίαν παρ᾽ Ὁμήρῳ δοκοῦσιν· οἱ

9) In Mosc. insertum est hoc verbum, in Paris. relicta lacuna supersunt πλη . . . . . ἀμφὶ — Post Mosc. ὁ pro ὁ.

10) Aldus, Hopper. ἑστήκει, illud cum Homero Il. 4, 329. alii libri; quod tamen Ἰακῶς pro ἑστήκει ab Aristarcho profectum esse notat Scholiastes in ed. Villois. Utriusque formae exempla conlegit Fischerus ad Welleri Gramm. Gr. T. 2. p. 455. Post Aldus, Hopper. reluctante metro Κεφαλήνων, uti in sequ. Αἰάντεσι.

11) Mosc. coniuncte ἀμφιστίχες scribit.

12) Venet. cum Aldo et Hoppero ἦλθεν. Nec melius Xylander ἦλθεν.

13) In Veneto plane deest, in Paris. et Moscov. substituitur δή.

14) Casaubonus ex libris suis excitat χρήσασθαι, quae est glossa librarii ad explicandum genuinum verbum adposita. Ita enim cum accusativo saepe reperitur, ut sit προφασίζεσθαι, quomodo explicant Grammatici Hesychius, Suidas, Timaeus. Et

Circum et Erechtheidas pugnaci robore stantes.
Pone Cephallenis cinctusque cohortibus acer
Adstabat Laertiades. —
De Aiace autem et Salaminiis alibi,
Venit ad Aiaces —
et iuxta illos,
Hic Idomeneus —
non Menestheus. Athenienses ergo putantur huiusmodi ab Homero testimonium pe-

οἱ δὲ Μεγαρεῖς [15] ἀντιπαρῳδῆσαι αὐτοῖς οὕτως· Attica.

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν [16] νέας, ἔκ τε Πολίχνης,
Ἔκ τ' Αἰγειρούσης, Νισαίης τε, Τριπόδων τε·

ἅ ἐστι χωρία Μεγαρικά, ὧν οἱ [17] Τρίποδοι Τριποδίσκιον

Et sic noster lib. 10. p. 476. f. sequente infinitivo, pro quo etiam reperitur ὅτι. Tum χρήσασθαι hoc nexu servato stare nequit.

15) Ven. ἀντιπαρῳδεῖσθαι οὕτως, omisso αὐτοῖς, quod et deest in Parif. et Mosc.

16) Ita Ven. Vatic. Medic. Parif. Mosc. uti et versione reddidit Guarinus. Hanc lectionem coniectando adsecutus erat Casaubonus, nisi in libris suis inventam tacite sublegit. Eustathius ad Homerum c. l. ita refert: Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος δώδεκα ἄγε νέας Ἐκ δ' Ἀργειρούσης Νισαίης τε Τριπόδός τε, sensus, non verborum metricorum ratione habita. Sic Gem. Pletho omittit non solum ἔκ τε Πολίχνης, sed etiam scribit Τριπόδός τε. Editiones evulgaverant:

Αἴας δ' ἐκ Σαλ. ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Ἔκ τε Πολίχνης,
Ἔκ τ' Αἰγειρούσης —

17) Parif. Mosc. Vatic. Venet. Τρίποδες, quo nomine via Athenis commemoratur a Pausania 1, 20. in. Cf. Athenaeus 12, 11. p. 542. At noster hic de Megarensium vico, vel oppido loquitur, quod aliis est Τριποδίσκος, Τριποδίσκοι, Τριποδίσκιον. Posterius quidem habet Conon narr. 19. Τρίποδοι Strabonis proprium est. Ita vero etiam videtur legisse Gem. Pletho. Utrum recte habeat, certe ex praecedenti versu elici non potest. Equidem intactum reliqui, quod acceperam.

petivisse, Megarenses autem illis sic occinisse:

A Salamine aderat cum navibus eque Polichna,
Eque Aegirusa, Nisaeaque, Tripodisque;

quae sunt Megarica loca: et Tripodi, Tripodiscium dicun-

Attica. σκιον λέγονται, [18] καθ' ὃ ἡ νῦν ἀγορὰ τῶν Μεγαρέων κεῖται.

§. 11.

Τινὲς δ' ἀπὸ τοῦ τὴν ἱέρειαν τῆς [1] Πολιάδος Ἀθηνᾶς
p. 395. χλωροῦ τυροῦ, τοῦ μὲν ἐπιχωρίου, μὴ ἅπτεσθαι, [2] ξενικὸν δὲ μόνον προσφέρεσθαι, χρῆσθαι δὲ καὶ τῷ Σαλαμινίῳ, ξένην φασὶ τῆς Ἀττικῆς τὴν Σαλαμῖνα. Οὐκ εὖ· καὶ γὰρ τὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων νήσων τῶν ὁμολογουμένως τῇ Ἀττικῇ προσχώρων προσφέρεται, ξενικὸν [3] πάντα τὸν διαπόντιον νοησάντων τῶν ἀρξάντων τοῦ ἔθους τούτου. Ἔοικε δὲ τὸ παλαιὸν ἡ νῦν Σαλαμὶς καθ' αὑτὴν τάττεσθαι, τὰ δὲ Μέγαρα τῆς Ἀττικῆς ὑπάρξαι μέρος. [4] Ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ

18) Desunt haec in Ven. ad κεῖται.

1) Non habet Gem. Pletho.

2) Ita Mss. et edd. ante Casaubon. 2. a qua invectum male ξενικήν.

3) Vatic. παντ' αὐτὸν διαπόντιον.

4) Mosc. Ἔντι. Post idem τῆς τε Μεγαρικῆς, uti in hoc nexu solet.

cuntur, ubi nunc situm est forum Megarensium.

§. 11.

Alienam autem ab Attica esse Salaminem, quidam eo argumento volunt docere, quod antistita Minervae Poliadis, cum recentem caseum Atticum non tangat, solo peregrino vescatur, sed et Salaminio utatur. Male id quidem; nam et ab aliis insulis, quas ad Atticam pertinere in confesso est, allato utitur: quia nimirum huius consuetudinis auctores pro peregrino duxerunt, quidquid trans mare adferretur. Videtur autem, quae nunc est Salamis, antiquitus peculiaris fuisse respublica, Megara autem pars fuisse Atticae. In ora porro maritima iuxta

τῇ κατὰ Σαλαμῖνα κεῖσθαι συμβαίνει τὰ ὅρια τῆς Attica Μεγαρικῆς καὶ τῆς Ἀτθίδος, ὄρη δύο, ἃ καλοῦσι Κέρατα.

§. 12.

Εἶτ' [1] Ἐλευσὶν πόλις, ἐν ῇ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Ἐλευσινίας· καὶ ὁ μυστικὸς σηκὸς, ὃν κατεσκεύασεν [2] Ἰκτῖνος, ὄχλον θεάτρου δέξασθαι δυνάμενον,

Z 2 δὲ

1) Ita omnes codices. Malim tamen Ἐλευσὶς, uti effert p. 397. f. et Scylax p. 21. Hudf. et in primis Stephanus, qui nec aliam formam cognosse videtur. Accedit Prisciani lib. 6. p. 689. ed. Putsch. testimonium, quo adfirmat, Graecos auctores magis terminatione in ις usos fuisse. Apud alios auctores, etsi saepe occurrit, obliquis fere semper casibus reperitur. Contra Latini quamvis et *Eleusis* et *Eleusin* promiscue dixerunt, Grammatici tamen veteres, Servius, Priscianus, posteriorem formam magis ab his frequentatam fuisse produnt, eamque operose etiam vindicavit Heinsius ad Ovid. epist. 4, 67. adstipulante Burmanno. Sunt tamen, quae promiscue in ις et ιν exeunt, ut δελφὶς et δελφὶν, de quibus vid. Eustathius ad Homer. Odyss. 3, 5. p. 108. in. Ex nominibus propriis huc referri potest Τραχὶν, uti noster scribit, et Τραχίς. Contra Σαλαμὶς cum aliis plerisque noster, etsi posteriores, uti Eustathius ad Homer. Il. 2, 557. p. m. 216. etiam Σαλαμίν.

2) Mutato accentu dedi pro Ἴκτινος. Nempe si Herodianum audias apud Eustathium ad Homerum Odyss. 17, 383. p. m. 638, 7. obtinet accentum avis ἰκτῖνος ab ἰκτὶν, vel etiam ἰκτῖνος in casu recto, et sic scribit non solum Eustathius ipse c. l. sed et ita editur in Pausania 8, 41, 5. Si quid porro huc valeat

iuxta Salaminem fines sunt, Megaricam ab Attica dirimentes, montes duo, qui Cerata, id est cornua, nominantur.

§. 12.

Sequitur urbs Eleusin, in qua templum est Eleusiniae Cereris, et mysticum delubrum, turbae, quanta in theatro solet esse, capax; opus

Attica. ὃς καὶ τὸν [3] Παρθενῶνα ἐποίησε τὸν ἐν ἀκροπόλει τῇ Ἀθηνᾷ, Περικλέους ἐπιστατοῦντος τῶν ἔργων· ἐν δὲ τοῖς δήμοις καταριθμεῖται ἡ πόλις.

§. 13.

10) Ita omnes mei codices cum Casaubonianis pro κατατοξεύοντα, quod Aldo duce invaluit. Neque aliter Guarinum legisse, docet eius interpretatio: *quo sagittis debellato*, quam retinuit etiam Heresbachius. Nempe non sic Apollo, quod et mutatione facta volebat versio Xylandri, exclamare iussit, sed hoc Parnasiorum laeto clamore exceptus et incitatus est. Tum tota narrationis series et forma in Parnasiis subsistit, et idem, quae sequuntur, probant. Accedunt porro aliorum narrationes, quae docent, ita in pugnis acclamatum esse rem strenue gerentibus vel victoriam reportantibus, non ita ipsos exclamasse. Cf. Diodor. 13, 16. Hinc ἐπινίκιος παιὰν apud Plutarch. in Romulo cap. 16. et Ἐνυάλιος apud Suidam Tom. 3. p. 65. ubi de utroque exponit. Denique hanc lectionem etiam confirmat Callimachus in Apoll. v. 97. ubi originem et caussam huius acclamationis eandem commemorat, etsi in adiunctis discrepans. Si quid mutari posse credebat Aldus, poterat reponi κατατοξεύοντι, ut concinniori et propiori nexu ad ἐπικελεύειν referretur. Sed talia passim in auctoribus obiici exemplis propositis docuit d'Orville ad Chariton. 3, 2. p. 254. Cf. etiam Wolfius ad Demosth. in Leptinem p. 271.

11) Vulgo editiones ferunt ἴε παῖαν. Moscov. exhibet ἴε παιάν. Posterius etiam hoc accentu notat Paris. Utrumque recte scribitur in Moscov. etsi Stephanus ad Callimach. in Apollin. v. 21. cum aspero spiritu malit, et tres imperativi formas ab ἵημι recenseat, ἵη, ἵει et ἵε, quarum tamen postremae ipse non multum tribuit, adeo ut vix eam tueri aliquem posse moneat. Conferri tamen potest Clearchus apud Athenaeum 15, 20. p. 701. Sic ἵη in Callimachi loco habet Cod. Vossii. At auctores cum spiritu leni emittunt, etsi forma, poëtae in primis, differunt, veluti ἰὴ παιῆον, (Callimach. in Apollin. v. 21. et 97.) ἰηπαιήον' ἄειδεν, (Homer. in Apollin. v. 517.) ἰηπαιήονα Φοῖβον. (Apollon. Rhod. 2, 702.) Ipse etiam Casaubonus ἰὴ παιὰν dedit in Athenaeo 15, 16. p. 696. f. et alibi. Sed vid. Spanhem. ad Callimach. in Apollin. v. 21. et 25. Ἴε notum, i. e. βάδιζε, πορεύου, uti exponit Hesychius. Consului tamen de origine et causa huius acclamationis praeter Callimachum supra

quo sagittis debellato acclamasse, Iie Paean: atque hinc

οὗ τὸν παιανισμὸν οὕτως ἐξ ἔθους παραδοθῆναι τοῖς μέλλουσι συμπίπτειν εἰς παράταξιν· ἐμπρησθῆναι δὲ καὶ σκηνὴν τότε τοῦ [12] Πύθωνας ὑπὸ τῶν Δελφῶν, καθάπερ καὶ νῦν ἔτι καὶ ἀεὶ ὑπόμνημα [13] ποιουμένους τῶν τότε γενομένων. Τί δ' ἂν εἴη μυθωδέστερον, ἢ Ἀπόλλων τοξεύων, καὶ κολάζων Τιτυοὺς, καὶ Πύθωνας, καὶ ὁδεύων ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Δελφοὺς, καὶ γῆν [14] πᾶσαν ἐπιών; Εἰ δὲ ταῦτα μὴ [15] ὑπε- Phocis. p. 423.

supra memoratum in Apollin. v. 97. in primis potest Clearchus apud Athenaeum c. I. ubi de immutatione eius formulae etiam exposuit. Videtur Strabo communem et receptum usum reddidisse. De voce παιὰν, ut Ἀλκμὰν, Ἀμυθὰν, vid. Eustathius ad Homer. Il. 22, 391. p. m. 1397.

12) Ante Casaubonum legebatur Πυθῶνος, uti etiam nunc in Scholiis Pindari in argumentum Pythiorum. Accuratiores tamen ex Grammaticorum praeceptis, (v. Etymol. M. p. 696. h. v.) ut genere hoc verbum differt, ita etiam accentu sic distinguunt, ut Πύθων de serpente et hominibus dicatur, Πυθὼν de urbe. Vid. Politus ad Eustathium in Homerum T. 2. p. 561. Heyne ad Apollodor. p. 44. Hinc recte Casaubonus posuit Πύθωνος.

13) Casaubon. ποιουμένοις, quem casum etiam expressit Guarinus; Vatic. Paris. Moscov. ποιούμενος. Alii cum editionibus ποιουμένους, ut pendeat a repetito verbo ἐμπρῆσθαι, nempe καθάπερ — ἐμπρῆσθαι — ὑπόμνημα ποιουμένους.

14) Paris. facta alia distinctione sic legit: πᾶσαν· ἐπιὼν δὲ. Vatic. πᾶσαν, ἐπὶ ἂν δὲ ταῦτα. Vulgata recte habet et superioribus stabilitur.

hinc pugnam inituris confliсturisque iam hunc morem receptum, perque manus traditum, ut Paeana conclament: tum quoque incensum fuisse a Delphis tabernaculum Pythonis: cuius rei memoriam hodieque renovent. At enim quid fabulosius dici potest, quam Apollo arcu feriens, Tityosque et Pythones suppliciis adficiens, proficiscensque Athenis Delphos, et totam obambulans terram? Quod si haec non

Phocis. [15] ὑπελάμβανε μύθους εἶναι, τί ἐχρῆν τὴν μυθευομένην Θέμιν γυναῖκα καλεῖν; τὸν δὲ μυθευόμενον δράκοντα, ἄνθρωπον; πλὴν εἰ συγχεῖν ἐβούλετο τόν τε τῆς ἱστορίας καὶ τὸν τοῦ μύθου [16] τόπον. [17] Παραπλήσια τούτοις καὶ τὰ περὶ τῶν Αἰτωλῶν εἰρημένα. Φήσας γὰρ ἀπορθήτους αὐτοὺς ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου, τοτὲ μὲν Αἰολέας φησὶν [18] οἰκῆσαι τοὺς

15) Ὑπελάμβανε et ὑπελάμβανον iuxta posita exstant in Paris. et Moscov. At subest Ephori narratio, ex qua forma diiudicatur.

16) Casaubonus ex veteribus quibusdam et Xylandro refert τρόπον. De Xylandro quidem falso, quippe qui vere dedit τοῦ μύθου τόπον. Utriusque verbi solemnem quasi commutationem docere possunt Menagius ad Diogen. Laert. 9, 79. p. m. 432. Rhodomanus et Wesseling. ad Diodor. 1, 57. hic etiam ad 3, 69. f. Schweighaeuser. ad Polyb. 4, 70, 9. et alibi cum aliis. Idem in nostro passim observatur, veluti lib. 8. in. Casaubonus reiecta voce τρόπον tuetur τόπον. Tyrwhittus in coniecturis in Strabonem p. m. 33. etsi utrumque ferri posse largitur, Strabonem tamen potius τύπον scripsisse existimat. Eleganter sane et acute, ut solet, etsi sine codicum suffragiis, qui omnes τόπον praescribunt, in coniecturis contineri debet. Τόπον ex superiori narratione, facta cum aliis aliorum comparatione, aliquatenus intelligitur, cum proprie latius pateat reprehensio. Τόπος enim saepe est, de quo agitur, disputatur. Cf. Casaubon. ad Diogen. Laert. 7, 189.

17) Casaubonn. Παραπλήσια τούτοις εἴρηκε καὶ — quae etiam reddidit Guarinus. Vatic. Paris. Παραπλήσια τούτοις . . . . , καὶ τά.

18) Moscov. οἰκίσαι. Notum. Idem in sequ. τότε pro τοτέ. Cf. ad p. 441.

non putavit esse fabulas, quid sibi voluit, quod fabulis vulgatam Themidem mulierem vocat, fabulosum draconem nomine hominis adficit? nisi quod confundere modum historiae cum fabulis voluit. Eiusdem sunt modi etiam quae de Aetolis dixit: quos cum adseruisset nunquam fuisse devastatos: aliquando dicit Aeolenses ibi habitasse eiectis

τοὺς κατέχοντας βαρβάρους ἐκβαλόντας, τοτὲ δ' Αἰτωλὸν μετὰ τῶν ἐξ Ἤλιδος Ἐπειῶν.[19] τούτους δ' ὑπ' ἀλλήλων . . . . τῶν ἐχθρῶν· τούτους δ' ὑπ' Ἀλκμαίωνος καὶ Διομήδους.[20] Ἀλλ' ἐπάνειμι ἐπὶ τοὺς Φωκέας. Phocii.

§. 13.

19) Desunt haec ad alterum τούτους in Veneto, ab ὑπ' ad τῶν ἐχθρῶν in Casaubonn. Paris. Moscov. credo etiam in Vatic. Tantum Paris. ex hoc naufragio servavit syllabam ἀλ. totum vocabulum ἀλλήλων Casauboniani. Guarinus cum editionibus eandem lacunam reliquit. Casaubonus locum corruptum sic constitui posse censet, ut pro ὑπ' ἀλλήλων legatur, ὑπ' Αἰολέων vel ὑπ' Ἀκαρνάνων; quos ἀεί ποτε Aetolis inimicos fuisse testetur Pausanias, etsi nihil adfirmare velit. Innuit autem Pausaniae locum 4, 35, 2. Eandem ex Ephoro narrationem retractat Strabo lib. 10. p. 464. sq. ita tamen, ut ab hac parte parum inde lucis adfundatur. Summa autem narrationis, si quis disiectas ex Strabone partes colligat, huc redit: Aetoliam olim tenuerunt Curetes, quibus victis et exactis Aetolus ex Elide illam regionem adgressus, imposito Aetoliae nomine occupavit; (lib. 10. p. 464. cf. et Scymnus Chius v. 474. sqq.) Epei, expeditionis socii, adiunctis postea Aeolensibus in Aetolia manserunt; (Strabo c. l.) Alcmaeon cum Diomede Aetoliam tenuit, (lib. 7. p. 325. f. ex Ephoro) quam tamen postea Diomedi tradidit, ipse in Acarnaniam concessit. (lib. 10. p. 462. itidem ex Ephoro.) In sequentibus (p. 465.) tamen Strabo addit, Aeolas ex Pleuronia s. Curetide Curetas eiecisse. Ex quibus demum efficit, parum sibi Ephorum constitisse. Tum vero, ut ordine instituto procedat, τοὺς δὲ referendum videtur ad Aeolas, posterius ad Epeos et Eleos, quae quidem iactaverat Ephorus. Τὸ ἀλλήλων obscurum est et alienum ab ea parte, quam respicit. Facilius verbum ἐκβληθῆναι vel ἐξελαθῆναι subpletur, quod tamen rem non conficit.

20) Gem. Pletho haec substituit: Ἀλλ' ἰτέον ἐπὶ τὴν τῆς ἑξῆς περιήγησιν.

eiectis barbaris, alias Aetolum eum Eleis Epeis: illos vicissim mutuis inimicitiis ortis sese profligasse: tandem ab Alcmaeone et Diomede occupatam fuisse Aetoliam. Sed ego ad Phocidem revertor.

§. 13.

Phocis.

§. 13.

Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ μετὰ τὴν [1] Ἀντίκιῤῥαν πολίχνιόν ἐστιν ὄπισθεν ὁ [2] Μάραθος· εἶτ' ἄκρα Φαρύγιον ἔχουσα ὕφορμον· εἶθ' ὁ λιμὴν [3] ὕστατος ὁ προσαγορευθεὶς Μυχὸς ἀπὸ τοῦ [4] συμβεβηκότος, ὑπὸ [5] τῷ Ἑλικῶνι καὶ τῇ Ἄσκρῃ κείμενος. Οὐδ' αἱ [6] Ἀβαὶ δὲ τὸ μαντεῖον [7] ἄπω-

1) Vatic. Parif. Mofcov. Ἀντίκυραν. Retinui Ἀντικίῤῥαν, de cuius fcriptura dictum eft fupra ad p. 418.

2) Cafaubonn. Vatic. Parif. Mofcov. Μάραθος vel Μαραθός. Uti monet Palmerius in Gr. ant. 6, 7. p. 611. Niger [in Geographiae commentario 11. p. 303.] in Strabone legit Μαραθοῦς, quod et ipfe melius cenfet. *Marathus* etiam habet Guarinus, unde fua de Strabone petere folet Niger. Certe Μαραθών, fi rem fpectes, nimis hinc diftat, quam ut huc referri poffit, et, licet cognominem urbem in Phocide fuiffe aliquis contendat, quam quidem nemo novit, non tamen temere codices Μάραθος fcripfiffe videntur. Forte eadem fuit Stephani, qui, cum Acarnaniae tribuat, crucem fixit viris doctis, qui etiam pro Ἀκαρνανίας correxerunt Ἀρκαδίας, uti, Berkelio tefte p. 535. Gronovius ad Polybium [4, 9.] cui fententiae adhaefit etiam Schweighaeuferus ad eundem 5, 68, 7. Quidquid eft, malui tot bonos codices fequi et Μάραθος inde repetere, quod ab aliis et Aldo in notius Μαραθών mutatum facile tranfiit.

3) Vatic. ἴσατοι.

4) Mofcov. συμβεβηκότοι.

5) Articulum addidit Cafaubonus, nec fine libris.

6) Mofc. praecipit Ἄβαι, quo in loco accentus etiam conftantem occupat fedem apud Stephanum h. v. et f. Τέγυρα, Paufaniam 4, 32, 5. 10, 3, 2. 35, 1, et 2. Vid. quae monuerunt

§. 13.

Statim in ora maritima poft Anticirrham oppidulum a tergo eft Marathos. Deinde promontorium Pharygium, quod ftationem habet navium. Poftea extremus portus, Mychus ille, de quo diximus, nomen ei ab eventu effe, fub Helicone et Afcra fito. Neque longe ab iftis locis abfunt

[7] ἄπωθεν τῶν τόπων τούτων ἐστὶν, οὐδ' ἡ "Αμβρυσος, [[8] οὐδ' ὁ Μεδεὼν] ὁμώνυμος τῇ [9] Βοιωτικῇ. [10] Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ, μετὰ Δελφοὺς ὡς πρὸς τὴν ἕω Δαυλὶς πολί- Phocis.

runt Eustathius ad Homer. Il. 2, 542. p. m. 211. Sylburg. ad Pausan. 4, 32. p. m. 360. Wesseling. ad Diodor. 16, 38. et in primis Berkelius ad Stephanum sub h. v. Sic Ἄβαι praeterea Herodot. 1, 46. et alibi, Lycophron v. 1074. Hesychius h. v. scribunt cum aliis. Usus tamen in his receptus postulat, ut scribatur Ἄβαι, βαρυτόνως, Ἀβαὶ, ὀξυτόνως, ut Πλάταια et Πλαταιαὶ, et sexcenta alia. Adtigit idem etiam Eustathius c. l. et libros aliquos in Sophocle ita efferre monuit.

7) Aldus ἄποθεν, uti solet. Cf. ad p. 406. m.

8) Inter Ἄμβρυσος et ὁμώνυμος lacuna adparet relicta in Paris. Moscov. et Vatic. 174. ita tamen, ut duo priores in eius exitu servarint particulam vocis δεών. Sine ullo lacunae indicio continuaque serie Vatic. 173. et edd. ante Casaubonum connectunt Ἄμβρυσος cum verbis ὁμώνυμος τῇ Βοιωτικῇ, quod et fecit Guarinus. At tum obiicitur difficultas, quod nulla hoc nomine urbs in Boeotia usquam commemoratur; quare aliud nomen evanuisse censet Palmerius in Gr. ant. 6, 13. p. 643. Recte. Ex eius vero quasi cineribus exsilit Μεδεὼν, qualis et in Phocide fuit et in Boeotia, situ etiam superiorum locorum viciniae accommodato. De utraque ex multis consuli potest ipse Strabo supra p. 410. Locus igitur truncatus ita commode instaurari potest: οὐδ' ὁ Μεδεών. Quod cum quam proxime ad verum accederet, non dubitavi illa verba, uncis tamen adpositis, inserere.

9) Vatic. 174. Paris. Moscov. Βοιωτιακῇ, de qua forma promiscue adhibita aliquoties monitum est. Ceterum verba haec ὁμώνυμος τῇ Βοιωτικῇ plane desunt in Ven. et Gem. Plethone.

10) Moscov. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν τῇ μεσογαίᾳ. Eadem etiam leguntur in Vatic. tantum quod post ἐν repetitur δὲ, sic: Ἔτι δὲ μᾶλλον, ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ. Forte hoc modo progressus est ad verba: Ἔτι δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ μάλιστα, p. 424. in.

sunt Abae, quod est oraculum: et Ambrysus, [et Medeon] eiusdem cum Boeotica ur-

be nominis. Iam in mediterraneis ferme versus ortum solis a Delphis oppidulum est Daulis: ubi

Phocis: πολίχνιον· ὅπου Τηρέα τὸν Θρᾶκά φασι δυναστεῦσαι, καὶ τὰ περὶ Φιλομήλαν καὶ Πρόκνην ἐκεῖ μυθεύουσι, [11] ὡς Θουκυδίδης· ἄλλοι δ' ἐν Μεγάροις φασί·

11) Parif. Mofcov. Vet. μυθεύουσι· Θουκυδίδης δ' ἐν Μεγάροις φησὶ, ceteris omiffis. Nec aliter legunt Aldus, Hopperus, Xylander, idemque expreffit Guarinus. De Vatic. et Gem. Plethone nihil adfertur, quare in recepta Cafauboni lectione eos confenfiffe fufpicor. *Tzfchucke.* Haec [quae antea commemoravi, *Tz*] liquido falfa intelliges, fi lib. 2. Thucydidis [cap. 29.] intuearis. Ego monere poffum, corrigere vel non poffum, vel non audeo. *Xylander.* Nos locum ex vett. libris fic reftituimus: μυθεύουσι, ὡς Θουκυδίδης· ἄλλοι δ' ἐν Μεγάροις φασί. Vulgata lectio Straboni magnam negligentiae notam inurit, quum Thucydides difertiffime dicat, in Daulide id factum, idque etiam auctoritate poetarum probet, a quibus, inquit lib. 2. cap. 29. ἐν ἀηδόνος μνήμῃ Δαυλιὰς ἡ ὄρνις ἐπωνόμασται. *Cafaubonus.* Vulgatam ante Cafaubonum lectionem in libris etiam fuis Euftathium inveniffe, docent ea, quae hinc ad Homer. Il. 2, 520. p. m. 207. fummatim quidem refert fic: ἐκεῖ μυθεύονται γενέσθαι, ἢ καὶ ἐν Μεγάροις κατὰ Θουκυδίδην. De loci corruptione iam olim monuiffe doctos viros, et de eius emendatione cogitaffe, adparet ex nota Hermolai Barbari ad Plin. 10, 24. f. 34. p. 221. ed. Bafil. ubi fcribit, Domitium Straboni patrocinantem putare depravatam effe lectionem, quae dicat: *Thucydides vero Megaris rem geftam fcribit*, atque ita reftituendam, ut verbum Thucydides ad fuperiorem claufulam pertineat in hunc modum: Quae de Philomela Progneque dicuntur, a poetis in Daulide patrata fabulantur, ut ait Thucydides; alii Megaris id factum fcribunt. Hermolaus tamen, qui verba ad eum fenfum extorqueri poffint, fe non videre ait. Nempe prout olim verba ferebantur; quare etiam potius hallucinatum effe contendit. At recte locum reparavit Cafaubonus, probante etiam Polito ad Euftathium in Homerum T. 2. p. 563. Accedunt praeterea alii auctores, in quibus Paufanias

ubi ferunt, Tereum illum Thracem dominatum fuiffe, eodemque fabulam de Procne et Philomela referunt, uti Thucydides; Megara alii locum rei, quae narratur, adfignant.

φασί· τοὔνομα δὲ [12] τῷ τόπῳ γεγονέναι ἀπὸ τοῦ δάσους· δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση. Ὅμηρος μὲν οὖν Δαυλίδα εἶπεν, οἱ δ' ὕστερον [13] Δαυλίαν. Καὶ τὸ,

[14] Οἳ

sanias 10, 4, 5. conf. 1, 41, 8. Hinc Δαυλιὰς ἡ ὄρνις a poetis dicitur, notante ipso Thucydide c. l. Sic Δαυλία κορώνη pro ἀηδὼν apud Hesychium, Suidam, Etymologici M. auctorem, Zenobium 3, 14. Vid. ad Hesychium T. 1. p. 894. Mirum igitur, qui post certam eam Casauboni emendationem Wasse ad Thucydidem c. l. scribere potuerit, Strabonem Thucydidis locum aut non intellexisse, aut depravatis exemplaribus usum esse.

12) Sic pro τοῦ τόπου, quod debetur Aldo, volunt Moscovi Paris. Vatic. Ven. Medic. quibus, etsi et alterum stare posset, dedi.

13) Nihil mutant codices. At, si Eustathium audias ad Homer. Il. 2, 520. p. m. 207. scribendum videatur Δαύλειαν. Ita enim ille, οἱ δὲ ὕστερον, inquit, Δαύλειαν αὐτήν φασι προπαροξυτόνως καὶ διὰ δίφθογγον, cuius testem producit Stephanum. Ex Pausania tamen etiam alteram scripturam profert. Sic Stephani fide per ει in nostro scribendum esse censet etiam Berkelius p. 290. Contra Holstenius ad Stephan. p. 93. a Stephano Strabonem esse expressum arbitratur, qui scribat Δαυλίαν. Certe Δαυλίαν Homero posteriores scribunt plures, e quibus Sophocles in Oedipo tyr. v. 733. Thucyd. 2, 29. Conon narrat. cap. 31. Apollodor. 3, 14. f. Sua adeo aetate Δαυλίαν editam fuisse hanc urbem adfirmat auctor Etymol. M. s. v. Δαυλίς, nec aliter effert Hierocles in Synecdemo p. 643. Zenobius adagior. centur. 3. n. 14. qui tamen etiam habet Δαυλίς. Raro Δαύλεια reperitur, veluti in Plutarcho de oraculorum defectu p. 722. (Vol. 7. Lips.) Sed cf. Meursius de regibus Athen. 2, 4. et 5. Politus ad Eustathium in Homer. T. 2. p. 563. qui vitiosum Stephani codicem censet. Sic Δαύλιον, et hinc Δαυλιεύς, Δαύλιος, Δαυλιάς, Δαυλίδιος.

Phocis signant. Loci nomen videtur ductum a densitate: quod Daulos vocarent olim loca stirpibus consita. Porro quam Homerus Daulidem vocat, posteriores Dauliam dixerunt. Illud vero,

Qui

Phocis. [14] Οἱ Κυπάρισσον ἔχον. — δέχονται διττῶς· οἱ μὲν ὁμωνύμως τῷ φυτῷ, οἱ δὲ παρωνύμως, κώμην ὑπὸ τῇ [15] Λυκωρείᾳ.

§. 14.

Πανοπεὺς δ' ὁ νῦν Φανοτεὺς, ὅμορος τοῖς περὶ [1] Λεβάδειαν τόποις, ἡ τοῦ Ἐπειοῦ πατρίς. Καὶ τὰ περὶ [2] Τιτυὸν ἐνταῦθα μυθεύουσιν. Ὅμηρος δέ φησιν, ὅτι οἱ Φαίηκες τὸν [3] Ῥαδάμανθυν εἰς Εὔβοιαν

14) Deest οἱ in Parif. et Mofcov. item in edd. Aldi et Hopperi. Ceterum Gem. Pletho loci formam contrahit, dum pro verbis: Καὶ τὸ — Λυκωρείᾳ dat τὴν δὲ Κυπάρισσον κώμην δέχονται ὑπὸ τῇ Λεικωρείᾳ.

15) Parif. Mofc. Λεικωρίᾳ, uti Aldus et Hopperus. Sed auctores conftanter fervant ει, veluti Paufanias 10, 6, 2. Stephanus h. v. Tantum Plutarchus de Pythiae oraculis in. Λυκουρίᾳ, et in codice Vulcobii, notante Holftenio ad Stephan. p. 193. Λυκωρίᾳ.

1) Venet. Λεβανδίαν. Euftathius ad Homer. Il. 2, 520. p. 208. in. περὶ Λεβάδειαν hinc commemorat. Utraque fcripturae ratio per ει et ι in auctoribus obverfatur. V. plura fupra ad p. 413.

2) Praemiffo articulo Vatic. Mofc. Tum iidem cum Parif. fubiiciunt δέ.

3) Editio Cafauboni altera ad Amftelodam. transmifit Ῥαδάμανθον· antea Ῥαδάμανθυν legebatur, quod et praeeunt codices et cum Strabone frequentant alii auctores, etfi paffim etiam ita codices variant, veluti in Diodoro 5, 78.

Qui Cypariffon habent. — dupliciter exponunt. Sunt enim, qui vocem a cupreffo deducant: alii a Cypariffo quodam pagum dictum malunt fub Lycoreia fitum.

§. 14.

Panopeus, qui Phanoteus nunc ufurpatur, vicinus eft locis circum Lebadiam fitis; patria Epei. Ibi fabulae etiam Tityum collocant. Homerus autem dicit, Rhadamanthum a Phaeacibus in Euboeam

βοιαν ἤγαγον, [4] ἐψόμενον Τιτυὸν γαιήϊον υἱόν· καὶ [5] Ἐλάριον τὶ σπήλαιον ἀπὸ τῆς Τιτυοῦ μητρὸς Ἐλάρας δείκνυται κατὰ τὴν νῆσον, καὶ ἡρῷον [6] τοῦ Τιτυοῦ, καὶ τιμαί τινες. Πλησίον δὲ [7] Λεβαδείας καὶ ἡ [8] Τραχὶν, ὁμώνυμος τῇ [9] Οἰταίᾳ, [10] Φωκι- Phocis.

4) In Homeri loco, quem respicit, Odyss. 7, 324. legitur ἐποψόμενον.

5) Vatic. Paris. Moscov. Ἐλααίριον, Ven. Ἐλαίριον, Medic. a prima manu Ἐλάριον, a secunda Ἐλάριον, Guarinus *Elea*. Vera scripturae forma unice diiudicari debet ab eius etymo, proxime adposito, unde pendet. Nam etsi et hoc varie corrumpi docent Scholia ad Homer. Odyss. 7, 324. (in quibus Ἐλώρα corrupte exstat) et codices Apollodori 1, 4, 1., Ἐλάρα tamen exhibent meliores Apollodori et teste Barnesio codex Aloysii in scholiis Homeri, quibuscum consentit Eudocia in violario p. 145. (in Villois. anecd. Gr. V. 1.) quae tantum Ionice scribit Ἐλάρη, uti etiam Scholiastes Apollonii ad 1, 761. Cf. Etymol. M. p. 60, 37. s. v. Ἀλέρα, et Heyne ad Apollodor. p. 43. Ita vero Ἐλάριον probari potest, cuius corruptionem paullatim consecutam declarant nostrorum codicum lectiones; genuinam formam servavit Cod. Med., et expressit versio Penzelii, ut antea Xylandri. Reposui igitur nunc pro Ἐλαιήριον, uti exstabat in edd. omnibus.

6) Articulum addidit Casaubonus.

7) Sic Moscov. Vulgo Λεβαδίας, uti exstat in Paris. etiam.

8) Paris. Moscov. Τέαχὶν, ex promiscua utriusque literae elocutione.

9) Moscov. Θηταίᾳ, Guarinus etiam *Thetaeae*, Ven. Θηίᾳ. Vitiata haec esse patet. Diserte Stephanus Τραχὶς ὑπὸ τὴν Οἴτην,

boeam fuisse deductum, ut viseret Tityum terrae filium: inque ea insula ostenditur spelunca Elaria, ab Elara nomen habens Tityi matre, et sacellum Tityi, eiusque cultus nonnulli. Prope Lebadiam Trachin est, Phocicum oppidulum, eiusdem cum Oetaea Tra-

Phocis. [10] Φωκικὴ πολίχνη· οἱ δὲ ἐνοικοῦντες [11] Τραχίνιοι λέγονται.

§. 15.

Οἴτην, et hinc Thessaliae urbem facit. Guarini *Theteae* iam Heresbachius recte in *Oetaeae* mutaverat. Nempe Θ et O in libris passim commiscentur, de quo cf. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. p. 251. et 627. et η et ι eam sortem saepe ferunt.

10) Moscov. in dativo dat Φωκικῇ. Sylburgius ad Pausaniam 10, 3. p. m. 804. dum Strabonis haec verba ita sistit: Τραχὶν, ὁμώνυμος τῇ Οἰταίᾳ, Φωκικὴ πολίχνη, notandum censet, quod in adpositione πολίχνη dativo casu, scribatur, (nempe ita veteres editiones volunt) at Φωκικὴ nominativo, (etsi et hoc in dativo effertur) ut ambiguum sit, utro modo scripserit Strabo, Φωκικὴ πολίχνη, an Φωκικῇ πολίχνῃ. Priorem scripturam reddidit in versione Xylander. In versione Guarini sic legitur: *Trachin civitas Theteae nomine similis Phocensi.* Gem. Pletho, Τραχὶν, Φωκικὴ πολίχνη, ὁμώνυμος τῇ Μαλιακῇ. Ex quo adparet, quomodo verba ceperit, uti et ipsa vis et ratio narrationis declarat et Strabonis in distinguendis eiusdem nominis urbibus consuetudo. Nempe duae fuerunt Trachines, Phocica et Oetaea. Distinctione locum magis adiuvi, quae post Οἰταίᾳ vulgo aberat.

11) Casaubonus ex libris suis enotavit Τραχίνιοι et Τραχίνδιοι. Ex meis Vatic. Paris. Moscov. Ven. habent Τραχίδιοι, ex editis Aldus, Hopperus Τραχίνδιοι. Xylander recte posuit Τραχίνιοι, quod etiam dat Gem. Pletho et Guarinus; forma nota. Casaubonus tamen Aldi Τραχίνδιοι in Τραχινιάδαι forte mutandum putat, quia Stephanus agnoscere id videatur. Equidem τὸ δ temere potius irrepsisse existimo. Etsi enim Λ et Δ formis maioribus expressa, librariorum negligentia, quod crebro usu accidit in Α et Λ, commisceri posse concedo, desidero tamen exemplum, cui Stephani fides superstruatur. Neque tamen nego, causam subesse, cur Strabo gentile commemoret.

Trachine nominis, incolae Trachinii dicuntur.

§. 15.

§. 15. Phocis.

Ἡ δ' Ἀνεμώρεια ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος [1] πάθους· καταιγίζει γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ καλούμενος [2] Κατοπτήριος χῶρος, κρημνός τις ἀπὸ τοῦ Παρνασοῦ διήκων. Ὅριον δ' ἦν ὁ τόπος οὗτος Δελφῶν [3] καὶ Φωκέων, ἡνίκα ἀπέστησαν τοὺς Δελφοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ συστήματος τῶν Φωκέων Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐπέτρεψαν [4] καθ' αὑτοὺς πολιτεύεσθαι· p. 424. τινὲς δὲ [5] Ἀνεμώλειαν καλοῦσιν· εἶθ' Ὑάμπολις [6] μετὰ ταῦτα [7] ἐκλήθη ὑπό τινων, εἰς ἣν ἐκ Βοιωτίας ἐκπε-

1) Omittit hanc vocem Stephanus, qui sub Ἀνεμώρεια nostrum locum, etsi subpresso Strabonis nomine, repetit. Accuratius, hic quidem, versatus est Eustathius ad Homer. Il. 2, 521. p. m. 208.

2) Minus vere reddit Stephanus Κατοπτήριον χωρίον. Eustathius cum nostro in hac forma congruit, etsi reliqua suo more et cum augmento effingit: Κατοπτήριον χωρίον, ἐξ οὗ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγίζεται πανταχόθεν. Ita vero discitur, ex quo fonte in Xylandri versionem manaverint verba *dies noctesque*, quae nunc expuli.

3) Moscov. Δελφῶν τε καὶ Φωκέων.

4) Moscov. κατ' αὐτούς. Sed cf. lib. 8. p. 380. f. 274.

5) Casaubonn. Vatic. Paris. Moscov. Ἐμώλειαν. Alterum cum Eustathio, Guarino et editionibus habent reliqui.

6) Vatic. τὰ μετὰ ταῦθ', Mosc. τὰ μεταῦθ'.

7) Casaubonn. Vatic. Paris. Mosc. subnectunt ὑπό τινων, quod

§. 15.

Anemorea nomen habet ab eventu: nam procellae ventorum in eam decumbunt a Catopterio: quod est praecipitium huc a Parnaso pertingens. Is locus finis fuit Phocensium et Delphorum, quo tempore Lacedaemonii Delphos a corpore Phocensium separaverunt, et seorsum remp. habere suam iusserunt: sunt, qui Anemoliam appellent: postea Hyampolis a quibusdam nominata est, eiectis in eam e Boeotia Hyan-

Phocis. ἐκπεσεῖν τοὺς Ὕαντας ἔφαμεν. Ἔςι δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ

quod vulgo abest, sed a Guarino etiam additur. Pro ἐκλήθη Eustathius ad Homeri c. l. interpretem, non testem, agens hinc refert μετωνομάσθη. At totius loci fidem impugnat non solum, sed et mutilam narrationem censet Schoenemannus de Geographia Homeri p. 62. Primum enim, ita fere inquit, quorsum referendum εἶθ'? Deinde Ἀνεμώρεια serius adeo nomen videtur, quia Hyantes diu ante Homerum a Cadmeis expulsi sunt. Cf. Strabo supra p. 401. f. Nec reliquias aliquas Strabo intelligere potuit post Cadmeorum adventum, expulsas deinde a Boeotis ex Thessalia redeuntibus, cum utriusque loci Homerus iam meminerit. Hinc forte sic legi posse iudicat: εἶθ' ἡ μετέπειθ' Ὑάμπολις ἐκλήθη (i. e. uti explicat, Hyantum πόλις primum adpellata. Cf. Pausan. 10, 35, 4.) εἰς ἣν — ἔφαμεν. Ἔςι μὲν καὶ ἐν τῇ μεσογαίᾳ τις· αὕτη δὲ πλησίον — Ὑαμπόλεως. Casaubonus etiam suspectae fidei codices esse iudicat, nec melioribus usum esse Eustathium. Pinedo ad Stephanum p. 82. putat, Strabonem miscuisse, quae ab Homero secernantur, atque hinc illi gravem errorem in re manifesta admissum obtrudit. Eustathius contra tres ex hoc loco Hyampoles excitat, 1) Homericam, 2) quae prius dicta fuerit Anemorea, 3) Parnasiam. Quod quidem non patitur Politus in Eustathium Tom. 2. p. 565. sed evincere studet, utramque a Strabone secerni et duas omnino commemorari, quarum Parnassia sit Homeri ab Hyantibus condita. (Cf. Strabo p. 401. f.) Nempe Hyantas ex Boeotia expulsos non omnes in unum Phocidis locum convenisse, sed alios Anemoream, quae hinc Hyampolis mutato nomine dicta fuerit, concessisse, alios Parnasiam condidisse; utriusque etiam diversum situm monstrari. At cum prolixior sit eius de hac re disputatio, quam ut haec area capiat, adeant eam ipsi, qui plane cognoscere velint, si forte magis iis, quam mihi, persuadeat. Duas etiam contra Eustathium Hyampoles agnoscit Palmerius in Gr. ant. 6, 15. p. 659. ita tamen, ut artius inhaerens Strabonianis

Hyantibus, sicut dictum est. Sita est in maxime mediterraneis,

γαία μάλιστα καὶ αὔτη πλησίον τῶν [8] Παραποταμίων, ἑτέρα οὖσα τῆς ἐν Παρνασῷ Ὑαμπόλεως. Phocis.

§. 16.

Καὶ [1] Ἐλάτεια, ἡ μεγίστη πόλις τῶν Φωκικῶν, ἣν Ὅμηρος μὲν οὐκ οἶδε· νεωτέρα γάρ ἐστι τῆς ἡλί-

nianis verbis unam etiam de Anemorea intelligat, quae ita post vocata fuerit, vel adeo vicina, ut cum ea coaluerit; situm Parnasiae difficulter constitui posse ob latum Parnasi spatium existimat. Neque tamen, quae de utriusque situ ex auctoribus congessit, ad dirimendam dubitationem comparata sunt. Leniorem medelam et in posteriori quidem parte efficaciorem admovet Schoenemannus; nam prior pars parum huc valet, nec alia dat mutatis verbis, ac Strabo habet vulgatus. Ut paucis, quae mihi nunc videantur, complectar, Strabo aperte duas eiusdem nominis urbes facit, Parnasiam unam, in vicinia alteram. Ex more, quo de situ descriptionem subnectere solet, verba, ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα, spectant Anemoream etiam vocatam, eaque Hyampolis etiam indicatur prope Parapotamios ab Herodoto 8, 33. reliqua diversam Hyampolin in ipso Parnaso sitam. Tum stare potest discrimen inter Anemoream et Hyampolin ab Homero factum. An vero recte de Anemoreae mutato nomine exposuerit, disquiri hic ulterius et prolixius nequit. Ipse tamen error, si quis subest, a Strabone depellitur, si cum libris adieceris ὑπό τινων, quod feci. Tum in sequentibus praeeunte Ven. et edd. ante Casaubonum abesse hic possit οὖσα.

8) Moscov. Παρωποτάμων. Pro Ὑαμπόλεως Casaubonn. Paris. Ὑαμπείας, Vatic. Ὑάμπεια.

1) Articulum addunt Vatic. et Moscov. Post pro ἐκείνου Vatic. Moscov. Ven. substituunt ἐκείνης. Neque tamen movenda est vulgata.

raneis, eademque propinqua Parapotamiis: alia est ad Parnasum Hyampolis.

§. 16.

Elatea vero maxima Phocidis urbium est, Homero ignorata: nam post eius demum aeta-

Phocis. ἡλικίας ἐκείνου· ἐπικαιρίως δ' ἵδρυται πρὸς τὰς ἐκ τῆς [a] Θετταλίας εἰσβολάς. Δηλοῖ δὲ τὴν εὐφυΐαν ταύτην καὶ Δημοσθένης, φράζων τὸν θόρυβον τὸν γενηθέντα Ἀθήνησιν αἰφνιδίως, ἐπειδὴ ἧκέ τις ἀπαγγέλλων ὡς τοὺς πρυτάνεις, ὡς Ἐλάτεια κατείληπται.

§. 17.

Παραποτάμιοι δ' εἰσὶ κατοικία τις ἐπὶ τῷ [1] Κηφισ-

a) Parif. edd. Aldi, Hopperi θαλάσσης, Vatic. θαλάττης, et fic Guarinus vertit: *contra maritimas incurſiones.* Reliqui Θετταλίας, uti Cafaubonus repofuit, vel, ut Xylander, Θεσσαλίας. Ex fcribendi compendio vitium fubnatum effe, patet. Procul enim nimis diftabat a mari, quam ut hunc ufum praeftaret. Immo in mediterrancis fitam fuiffe docet vicinia Parapotamiorum, quam nofter fupra p. 407. aperte adtigit; Parapotamios autem paullo ante ἐν τῇ μεσογαίᾳ pofitos declarat. Cf. etiam de fitu Paufan. 10, 34. in. et Ptolemaeus 3, 15. qui diferte mediterraneis adtribuit. Accedit denique Herodotus 8, 33. qui narrat, Theffalos facta irruptione iuxta Cephiffum amnem peragraffe Phocidem et urbes finitimas devaftaffe. Cephiffus autem per Phocidem delapfus Boeotiam petebat et in Copaidem lacum emittebatur, uti fupra docuit Strabo p. 407. in. Eadem via Phocidem adortus Philippus Elateam cepit. Cf. Demofth. pro corona p. 278. Lipf. Quam vero faepe nomina propria in adpellativa tranfeant, notum eft, et in Mela plurima exempla probant. Ita vero infra p. 430. pro Θετταλιῶτις codices dant θαλαττιῶτις.

aetatem condita fuit; opportune admodum fita eft adverfus impreffiones, quae fieri e Theffalia poffent: quam fitus commoditatem etiam Demofthenes expreffit, narrans tumultum fubito Athenis ortum, cum ad Prytanes nuncius veniffet, captam effe Elateam referens.

§. 17.

Parapotamii vicus eft in ripa Cephiffi,

[1] Κηφισσῷ ἱδρυμένη πλησίον Φανοτεῦσι, καὶ Χαιρωνεῦσι, καὶ Ἐλατείᾳ. Φησὶ δὲ Θεόπομπος τὸν τόπον τοῦτον διέχειν τῆς μὲν Χαιρωνείας ὅσον [2] ϛαδίων τεσσαράκοντα, διορίζειν δὲ [3] Ἀμβρυσέας καὶ Πανοπέας, καὶ Δαυλιέας· κεῖσθαι δ' ἐπὶ τῆς ἐμβολῆς τῆς [4] ἐκ Βοιωτίας εἰς Φωκέας ἐν λόφῳ μετρίως ὑψηλῷ, μεταξὺ τοῦ τε Παρνασσοῦ καὶ τοῦ [5] . . . ὄρους Phocis.

 πεντα-

1) Casauboniani quidam et Ven. κηφῶνι; edd. ante Casaubonum Κηφισσῶνι, qui ex reliquis suis codicibus, quibus et praeter Venet. mei adsentiuntur, ipsa re comprobante et supra p. 407. Strabone reposuit Κηφισσῷ.

2) Paris. Moscov. τεσσαράκοντα vel τετταράκοντα ϛαδίους. Forte rectius, certe ex usu Strabonis.

3) Paris. Mosc. τοὺς Ἀμβρυσέας. Xylandri editio Ἀμβρουσέας. Post Moscov. Πανοπῆας, quae forma hic aliena est.

4) Inserui ἐκ, quod ex editionibus effluxisse videtur, adiutus Msstis Paris. Moscov. Ven. et Guarino.

5) Hic in omnibus libris hiatus patet, quo montis nomen absorptum esse facile intelligitur, etsi Guarinus et editiones ante Casaubonum continua haec serie connectunt. Maior conspicitur in Veneto, qui ceteris omissis καὶ διαιρεῖν tantum servavit. Palmerius in exercitt. in Gr. auctor. p. 320. inter τοῦ et ὄρους subplet Δαυλίου, quia, cum scribat postea τὸ δὲ Δαύλιον παρατείνειν ἔφη Strabo, se iam eius montis mentionem fecisse, indicet. Contra Politus ad Eustathium in Homerum T. 2. p. 567. melius inserit Ἡδυλίου, uti idem paullo post legit τὸ δὲ Ἡδύλιον, quae vox male transierit in Δαύλιον, in quo

Cephissi, vicinus Phanoteae, Chaeroneae et Elateae. Theopompus hunc locum distare ait a Chaeronea stadiis circiter XL, et fines ibi esse Amphryssensium, Panopensium atque Daulensium. Situm esse in mediocriter sublimi colle prope aditum e Boeotia in Phocidem, inter Parnassum et montem, quin-

Phocis. πενταςαδίων σχεδόν τι ἀπολεῖπον [6] τῶν ἀν . . . ὀρίων,

quo posteriori loco praeivit Holstenius ad Ortelium p. 66. et 91. Adparet prius quidem, (nam Daulium in sequentibus hoc sensu dubium est) luculenter ex Plutarcho in Sulla cap. 16. ubi graphice Parapotamiorum situs indicatur, et λόφος πετρώδης καὶ περίκρημνος vocatur, qui nostro est λόφος πετρίνος ὑψηλός. Quodsi tamen sequaris Demósthenem de falsa legat. p. 387. Lips. Theopompum apud Harpocrationem h. v. et Suidam h. v. rectius scribendum videatur Ἡδύλειον. Ἡδύλιον tamen legitur etiam in Polyaeno 1, 3, 5. quod et dedit Leopoldus in Plutarcho, cum antea leni spiritu produxissent Reiskius et Huttenus. Plinio 4, 12. s. 7. olim erat *Adylisus*, quod in *Hadylius*, Dorica dialecto, mutavit Harduinus. Eundem vero montem in fine emendationis *Daulium* Strabonis et *Hedylium* Plutarchi non solum agnoscit Palmerius, sed et Plutarchi fidem in Boeoticis potiorem fatetur. Cum vero idem in Gr. ant. 6, 12. p. 640. Δαύλιον in subiecta Strabonis narratione de Dauliorum ditione explicat, aperte sibi adversatur, et falso ad hunc nexum (ὄρους) transtulit. Equidem, etsi recte sic lacunam expletam esse credo, eam tamen sine libris auferre dubitavi.

6) Aliam hic lacunam tulerunt libri omnes, in cuius exitu pro ὀρίων codices Casauboni. exhibent χωρίων. Palmerius in exercitatt. c. l. eam ita resarcit: τῶν ἀνὰ μέσον χωρίων, *locorum, qui sunt in medio*, vel τῶν ἀνὰ στενὸν χωρίων, *locorum, qui sunt ad angustias*, ut sensus fuerit, Parapotamios non in ipsis angustiis fuisse, quae duos montes nominatos intercedant, sed distare ab illis quinque stadiorum spatio. Pro ἀπολεῖπον, quod praecedit, cum non adsit, cui adhaerere queat, corrigit idem vel ἀπολείποντι, ut referatur ad λόφῳ, vel ἀπολείποντα, ut connectatur cum τόπον. Prius ἀπολείποντι probat etiam Politus c. l. ex Plutarchi loco ante adlegato, quippe qui λόφον illum etiam τοῦ Ἡδυλίου διωρίσθαι ὄρους scribit. At quae deinceps mutila conspiciuntur, sic complet: τῶν αὐτῶν ὀρῶν διαιρεῖν.

quinque fere stadiis a limitibus: quos Cephissus

ὀρίων, διαιρεῖν δὲ τὸν [7] Κηφισσὸν, στενὴν ἑκατέρωθεν διδόντα πάροδον, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκ Λιλαίας ἔχοντα Φωκικῆς πόλεως, καθάπερ καὶ Ὅμηρός φησιν, Phocis.

Οἵ τε Λίλαιαν ἔχον, πηγῆς ἔπι Κηφισσοῖο·

εἰς δὲ τὴν Κωπαΐδα λίμνην ἐκδιδόντα· τὸ δὲ [8] Δαύλιον

διαιρεῖν, sc. collis iste, in quo sita Parapotamia, 5 fere stadiis ab iisdem montibus, Parnaso et Hedylio, distat; eos autem montes dirimi a Cephisso, docent etiam Plutarchus c. l. et Polyaenus 1, 3, 5. Sed plura in hanc causam disputata, nunc ex ipso Polito cognosci debent, cuius quidem coniectura magis adridet, quam quas proposuit Palmerius, cum certe angustiae illae post demum commemorentur. Nempe collis ille secundum superiores auctores a Parnaso dirimitur Cephisso amne, hinc ab Hedylio Assi alveo. At sine codicum luce parum illa certo gressu incedunt.

7) Venet. Κιφινόν.

8) Ita pro Δαυλίαν scripsi et Mosc. uti etiam legitur in Polybio 4, 25, 2. et Constantino Porphyrogen. de Themat. 2, 5. Hi quidem de urbe, quae aliis est Δαυλίς vel post etiam Δαύλεια teste Stephano h. v. non de Dauliorum ditione, uti intelligunt etiam Palmerius in Gr. ant. 6, 2. p. 640. et Berkelius ad Stephanum p. 290. Tum vero frustra hinc montem Daulium ad explendam superiorem lacunam petebat Palmerius. At si vel Δαύλιον hoc sensu non offendat pro Δαυλία sc. χώρα, etsi Δαυλὶς πολίχνιον (uti antea p. 423. m. vocavit) vix agrum tam longe patentem habere potuit, mirum tamen utique accidit, qui tam subito et praeter rem ad Daulium delabatur, cum Theopompi narratio ad Parapotamiorum situm declarandum unice pertineat. Non igitur vana est emendatio Politi antea memorata, qua reponit Ἡδύλιον. Nempe

phissus dirimat, angustum utrinque praebens transitum, ortus e Lilaea Phocidis urbe, quod et Homerus ostendit,

Quique Lilaeam habent Cephissi fontibus aptam:

et in lacum Copaidem se effundit: Daulium autem ex-

Phocis. λιον παρατείνειν [9] ἐφ' ἑξήκοντα στάδια μέχρι τοῦ [10] Ὑφαντείου, ἐφ' ᾧ κεῖται ὁ Ὀρχομενός. Καὶ Ἡσίοδος δ' ἐπὶ πλέον περὶ τοῦ ποταμοῦ λέγει καὶ τῆς ῥύσεως, ὡς δι' ὅλης ῥέοι τῆς Φωκίδος σκολιῶς καὶ δρακοντοειδῶς,

[11] Ὃς παρὰ [12] Πανοπίδα Γλήχωνά τ' ἐρυμνὴν

Καὶ

Nempe τὸ δ' Ἡδύλιον transiit in τὸ δὴ Δύλιον et hinc in τὸ δὲ Δαύλιον. Ceterum haec verba τὸ δὲ Δαύλιον omisit Gem. Pletho et τὸ δὲ post παρατείνειν proiecit.

9) Vulgo ἔφη. At cum tempus illud desideretur, ad quod revocari possit, vage haec lectio errat. Recte supra φησὶ, quod et hic respicit. Non igitur contemnendam putavi lectionem Moscov. et Gem. Plethonis huic narrationi aliquanto aptiorem ἐφ' ἑξήκοντα, quam etiam expressit Guarinus; *Daulium fane* (τὸ δὴ Δαύλιον legisse videtur) *ad stadia sexaginta protenditur.* Pro στάδια V.tic. et Moscov. dant, ut alibi, σταδίους.

10) Haesit in hoc nomine Palmerius, et cum supra p. 416. in. Orchomenum Strabo ad Acontium montem posuerit, nisi τὸ Ὑφαντεῖον pars sit τοῦ Ἀκοντίου, in alterutro loco mendum latere suspicatur. Malit tamen hic reponere Ἀκοντίου, cum mons ille etiam commemoretur in Plutarchi Sulla c. 19. et Plinio 4, 12. s. 7. Vid. eius exercitt. in Gr. auctor. p. 319. At nihil muto contra codices, in primis cum Hyphantium possit esse locus Boeotiae, uti etiam putat Ortelius in thesauro Geogr. h. v. cuius situm a celebriori Orchomeno notat. Tum ἐπὶ est iuxta, prope, versus, ut alibi in Strabone.

11) Deest haec vocula in Paris. et Mosc. hic etiam subiicit παρ' ἐκ.

12) Moscov. Παροπίδα et supra ος. Idem post scribit cum Medic.

extendi ait ad LX stadia ad Hyphanteium usque, ad quod iacet Orchomenus. Hesiodus quoque de Cephisso amne copiose scribit eiusque alveo, per totam eum fluere monstrans Phocidem oblique et anguis in morem,

Qui praeter Panopen, et turrigeram Gleconem

Repit

Καὶ δὲ δι' Ὀρχομενοῦ εἰλιγμένος εἶσι, δράκων ὥς.

Τὰ δὲ στενὰ τὰ περὶ τοὺς [13] Παραποταμίους ἢ τὴν παραποταμίαν, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως, περιμάχητα ὑπῆρξεν [14] ἐν . . . . . μίαν ἐχόντων ταύτην εἰσβολήν. Ἔστι δὲ Κηφισσός, ὅ, τε Φωκικὸς, καὶ ὁ

Medio. ἑλίχων. Guarinus *Gecbonem*, Heresbachius *Glecbonem*. Alia vitia irrepſerunt in proximum verſum in Theonis ſcholiis ad Arati phaenom. v. 45, qui ita ibi producitur: καί τε διερχόμενος ἐκειγμένος εἶσι (in aliis ſcholiis legitur ἠλιγμένος εἶσι) δράκων ὥς. Probanda Strabonis lectio. Sed vid. Heringa in obſervatt. cap. 2. p. 18. et qui eum etiam laudavit Ruhnken. in epiſtola crit. 1. p. 68. Particulam ὥς inſtrui accentu, quo carebat.

13) Ita ex ſuis codicibus adfert Caſaubonus, cum vulgo legeretur, quod et ipſum ille retinuit, ποταμούς. Probat idem cum Caſaubono in nota Holſten. ad Stephan. p. 243. et aperte eo ducunt ſequentia. Non enim, cum de uno fluvio ante dixerit Strabo, ποταμοὺς recte ſubiicere poterat. *Parapotamios* habet etiam in verſione Guarinus. Erroris fons non longe quaeri debet. Verba τοὺς ποταμοὺς ἢ, forſitan ne inepta adlineret Straboni, omiſit Gem. Pletho, uti eadem de cauſa ſequentia λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως.

14) Spatium vacuum, quo hiant omnes editiones, nullus codex explet, adeoque extendunt Ven. et Gem. Pletho, qui in aditu eius et exitu omittunt ἐν et μίαν. Pro εἰσβολὴν tantum, quod leve eſt, Vatic. 174. Pariſ. Moſcov. ſubſtituunt ἐμβολήν. Vatic. 173. ſic: ὑπῆρξεν ἐντ . . . . . . μίαν ἐχ. τ. ἐμβολήν . . . . Ἔστι δὲ Κηφισσὸς —.

Repit et Orchomenum gyris torti aemulus anguis.
Anguſtiae porro iuxta Parapotamios, ſeu Parapotamiam, utroque enim modo dicitur, ſemper contentionibus materiam praebuerunt, cum is unus eſſet iſtam in regionem ingreſſus. Cephiſſus praeter Phocicum eſt Athe-

Phocis. πενταςάδιον σχεδόν τι ἀπολεῖπον [6] τῶν ἀν . . . ὁρίων,

quo posteriori loco praeivit Holstenius ad Ortelium p. 66. et 91. Adparet prius quidem, (nam Daulium in sequentibus hoc sensu dubium est) luculenter ex Plutarcho in Sulla cap. 16. ubi graphice Parapotamiorum situs indicatur, et λόφος πετρώδης καὶ περίκρημνος vocatur, qui nostro est λόφος μετρίως ὑψηλός. Quodsi tamen sequaris Demósthenem de falsa legat. p. 387. Lips. Theopompum apud Harpocrationem h. v. et Suidam h. v. rectius scribendum videatur Ἡδύλειον. Ἡδύλιον tamen legitur etiam in Polyaeno 1, 3, 5. quod et dedit Leopoldus in Plutarcho, cum antea leni spiritu produxissent Reiskius et Huttenus. Plinio 4, 12. s. 7. olim erat *Adylisus*, quod in *Hadylius*, Dorica dialecto, mutavit Harduinus. Eundem vero montem in fine emendationis *Daulium* Strabonis et *Hedylium* Plutarchi non solum agnoscit Palmerius, sed et Plutarchi fidem in Boeoticis potiorem fatetur. Cum vero idem in Gr. ant. 6, 12. p. 640. Δαύλιον in subiecta Strabonis narratione de Dauliorum ditione explicat, aperte sibi adversatur, et falso ad hunc nexum (ὄρους) transtulit. Equidem, etsi recte sic lacunam expletam esse credo, eam tamen sine libris auferre dubitavi.

6) Aliam hic lacunam tulerunt libri omnes, in cuius exitu pro ὁρίων codices Casauboni. exhibent χωρίων. Palmerius in exercitatt. c. l. eam ita resarcit: τῶν ἀνὰ μέσον χωρίων, *locorum, qui sunt in medio*, vel τῶν ἀνὰ στενὸν χωρίων, *locorum, qui sunt ad angustias*, ut sensus fuerit, Parapotamios non in ipsis angustiis fuisse, quae duos montes nominatos intercedant, sed distare ab illis quinque stadiorum spatio. Pro ἀπολεῖπον, quod praecedit, cum non adsit, cui adhaerere queat, corrigit idem vel ἀπολείποντι, ut referatur ad λόφῳ, vel ἀπολείποντα, ut connectatur cum τόπον. Prius ἀπολείποντι probat etiam Politus c. l. ex Plutarchi loco ante adlegato, quippe qui λόφον illum etiam τοῦ Ἡδυλίου διηρῆσθαι ὄρους scribit. At quae deinceps mutila conspiciuntur, sic complet: τῶν αὐτῶν ὀρῶν διαιρεῖν.

quinque fere stadiis a limitibus: quos Cephissus

ὁρίων, διαιρεῖν δὲ τὸν [7] Κηφισσὸν, στενὴν ἑκατέρωθεν διδόντα πάροδον, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκ Λιλαίας ἔχοντα Φωκικῆς πόλεως, καθάπερ καὶ Ὅμηρός φησιν, Phocis.

Οἵ τε Λίλαιαν ἔχον, πηγῆς ἔπι Κηφισσοῖο·

εἰς δὲ τὴν Κωπαΐδα λίμνην ἐκδιδόντα· τὸ δὲ [8] Δαύ-

Ll 5 λιον

διαιρεῖν, sc. collis ille, in quo sita Parapotamia, 5 fere stadiis ab iisdem montibus, Parnaso et Hedylio, distat; eos autem montes dirimi a Cephisso, docent etiam Plutarchus c. l. et Polyaenus 1, 3, 5. Sed plura in hanc causam disputata, nunc ex ipso Polito cognosci debent, cuius quidem coniectura magis adridet, quam quas proposuit Palmerius, cum certe angustiae illae post demum commemorentur. Nempe collis ille secundum superiores auctores a Parnaso dirimitur Cephisso amne, hinc ab Hedylio Assi alveo. At sine codicum luce parum illa certo gressu incedunt.

7) Venet. Κιφινόν.

8) Ita pro Δαυλίαν scripsi et Mosc. uti etiam legitur in Polybio 4, 25, 2. et Constantino Porphyrogen. de Themat. 2, 5. Hi quidem de urbe, quae aliis est Δαυλὶς vel post etiam Δαύλεια teste Stephano h. v. non de Dauliorum ditione, uti intelligunt etiam Palmerius in Gr. ant. 6, 8. p. 640. et Berkelius ad Stephanum p. 290. Tum vero frustra hinc montem Daulium ad explendam superiorem lacunam petebat Palmerius. At si vel Δαύλιον hoc sensu non offendat pro Δαυλία sc. χώρα, etsi Δαυλὶς πολίχνιον (uti antea p. 423. m. vocavit) vix agrum tam longe patentem habere potuit, mirum tamen utique accidit, qui tam subito et praeter rem ad Daulium delabatur, cum Theopompi narratio ad Parapotamiorum situm declarandum unice pertineat. Non igitur vana est emendatio Politi antea memorata, qua reponit Ἡδύλιον. Nempe

phissus dirimat, angustum utrinque praebens transitum, ortus e Lilaea Phocidis urbe, quod et Homerus ostendit,

Quique Lilaean habent Cephissi fontibus aptam:

et in lacum Copaidem se effundit: Daulium autem ex-

Phocis. λιον παρατείνειν [9] ἐφ' ἑξήκοντα στάδια μέχρι τοῦ [10] Ὑφαντείου, ἐφ' ᾧ κεῖται ὁ Ὀρχομενός. Καὶ Ἡσίοδος δ' ἐπὶ πλέον περὶ τοῦ ποταμοῦ λέγει καὶ τῆς ῥύσεως, ὡς δι' ὅλης ῥέοι τῆς Φωκίδος σκολιῶς καὶ δρακοντοειδῶς,

[11] Ὅς παρὰ [12] Πανοπίδα Γλήχωνά τ' ἐρυμνὴν

Καὶ

Nempe τὸ δ' Ἠδύλιον transiit in τὸ δὴ Δύλιον et hinc in τὸ δὲ Δαύλιον. Ceterum haec verba τὸ δὲ Δαύλιον omisit Gem. Pletho et τὸ δὲ post παρατείνειν proiecit.

9) Vulgo ἔφη. At cum tempus illud desideretur, ad quod revocari possit, vage haec lectio errat. Recte supra φησὶ, quod et hic respicit. Non igitur contemnendam putavi lectionem Moscov. et Gem. Plethonis huic narrationi aliquanto aptiorem ἐφ' ἑξήκοντα, quam etiam expressit Guarinus: *Daulium Iane* (τὸ δὴ Δαύλιον legisse videtur) *ad stadia sexaginta protenditur*. Pro στάδια Vatic. et Moscov. dant, ut alibi, σταδίους.

10) Haesit in hoc nomine Palmerius, et cum supra p. 416. in. Orchomenum Strabo ad Acontium montem posuerit, nisi τὸ Ὑφαντεῖον pars sit τοῦ Ἀκοντίου, in alterutro loco mendum latere suspicatur. Malit tamen hic reponere Ἀκοντίου, cum mons ille etiam commemoretur in Plutarchi Sulla c. 19. et Plinio 4, 12. s. 7. Vid. eius exercitt. in Gr. auctor. p. 319. At nihil muto contra codices, in primis cum Hyphantium possit esse locus Boeotiae, uti etiam putat Ortelius in thesauro Geogr. h. v. cuius situm a celebriori Orchomeno notat. Tum ἐπὶ est iuxta, prope, versus, ut alibi in Strabone.

11) Deest haec vocula in Paris. et Mosc. hic etiam subiicit παρ' ἐκ.

12) Moscov. Παροπίδα et supra ος. Idem post scribit cum Medic.

extendi ait ad LX stadia ad Hyphanteium usque, ad quod iacet Orchomenus. Hesiodus quoque de Cephisso amne copiose scribit eiusque alveo, per totam eum fluere monstrans Phocidem oblique et anguis in morem,

Qui praeter Panopen, et turrigeram Gleconem

Repit

Phocis.

Καὶ δὲ δι' Ὀρχομενοῦ εἰλιγμένος εἶσι, δράκων ὥς.

Τὰ δὲ στενὰ τὰ περὶ τοὺς [13] Παραποταμίους ἢ τὴν παραποταμίαν, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως, περιμάχητα ὑπῆρξεν [14] ἐν . . . . . μίαν ἐχόντων ταύτην εἰσβολήν. Ἔστι δὲ Κηφισσὸς, ὅ, τε Φωκικὸς, καὶ ὁ

Medio. Εἰλίχαινε. Guarinus *Gechonem*, Heresbachius *Glechonem*. Alia vitia irrepserunt in proximum versum in Theonis scholiis ad Arati phaenom. v. 45, qui ita ibi producitur: καί τε διερχόμενος ἐπειγμένος εἶσι (in aliis scholiis legitur ἀπειγμένος εἶσι) δράκων ὥς. Probanda Strabonis lectio. Sed vid. Heringa in observatt. cap. 2. p. 18. et qui eum etiam laudavit Ruhnken. in epistola crit. 1. p. 68. Particulam ὥς instruxi accentu, quo carebat.

13) Ita ex suis codicibus adfert Casaubonus, cum vulgo legeretur, quod et ipsum ille retinuit, ποταμούς. Probat idem cum Casaubono in nota Holsten. ad Stephan. p. 243. et aperte eo ducunt sequentia. Non enim, cum de uno fluvio ante dixerit Strabo, ποταμοὺς recte subiicere poterat. *Parapotamios* habet etiam in versione Guarinus. Erroris fons non longe quaeri debet. Verba τοὺς ποταμοὺς ἤ, forsitan ne inepta adlinerect Straboni, omisit Gem. Pletho, uti eadem de causa sequentia λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως.

14) Spatium vacuum, quo hiant omnes editiones, nullus codex explet, adeoque extendunt Ven. et Gem. Pletho, qui in aditu eius et exitu omittunt ἐν et μίαν. Pro εἰσβολὴν tantum, quod leve est, Vatic. 174. Paris. Moscov. substituunt ἐμβολήν. Vatic. 173. sic: ὑπῆρξεν ἐντ . . . . . . μίαν ἐχ. τ. ἐμβολήν . . . . Ἔστι δὲ Κηφισὸς —.

Repit et Orchomenum gyris torti aemulus anguis. Angustiae porro iuxta Parapotamios, seu Parapotamiam, utroque enim modo dicitur, semper contentionibus materiam praebuerunt, cum is unus esset istam in regionem ingressus. Cephissus praeter Phocicum est Athe-

Phocis. ὁ [15] Ἀθήνησι, καὶ ὁ ἐν [16] Σαλαμῖνι· τέταρτος δὲ καὶ πέμπτος, ὁ ἐν Σικυῶνι, καὶ ὁ ἐν [17] Σκύρῳ· ἕκτος δὲ, ὁ ἐν Ἄργει, τὰς πηγὰς ἔχων ἐκ [18] Λυρκείου· ἐν Ἀπολλωνίᾳ δὲ τῇ πρὸς [19] Ἐπιδάμνῳ πηγή ἐςι κατὰ τὸ γυμνάσιον, ἣν καλοῦσι [20] Κηφισσόν.

§. 18.

15) Hopperus praepofuit ἐν, quod in hac forma redundet.

16) Scripfi Σαλαμῖνι, quod in editionibus erat ante Cafaubonum.

17) Ita Venet. Parif. Mofcov. cum edd. Aldi, Hopperi, Xylandri. Guarinus etiam *in Scbyro*, quod ad legitimam formam *Scyro* revocavit Heresbachius. Ceteri codices, quod Cafaubonus recepit, aut negligenter operae dederunt, videntur habuiffe Σικύρῳ. Euftathius ad Homer. Il. 2, 522. p. m. 208. m. ubi ex noftro Cephiffos recenfet, hunc nominatim praeteriit, etfi feptem etiam commemorari notat, uti omnino ad Dionyf. v. 440. Fruftra autem, Σικύρῳ quid fit, quaeri, monet Palmerius in exercitt. in auctor. Gr. p. 320. nec in Σκύρῳ infula, nec in Κιχύρῳ Thefprotiae, nec in Σικίνῳ infula ullum fe noviffe omnino Cephiffum. Equidem cum nusquam occurrat Sicyri mentio, nec ignotum aliis locum in notando huius Cephiffi fitu ponere potuerit, reduxi Σκύρῳ, uti etiam hunc locum repetit Oberlinius ad Vibium p. 99. et qui eum ex prioribus editionibus memorant.

18) Parif. Mofcov. cum Aldo, Hoppero Λυρκίου. Sed cf. ad lib. 8. p. 370.

19) Ἐπιδάμῳ vitiofe ed. 2. Cafaub. et Amftelodam.

20) Gem. Pletho Κηφισσίδα, Ven. Κηφιόν. Hoc aperte corruptum eft, ut fupra ipfum fluvii nomen, de illo difputari poffit. Uti enim λίμνη Κηφισσὶς apud Homer. Il. 5, 709. Paufaniam 9, 13, 2. et alibi, noftrum etiam fupra p. 411. in. a Ce-

Athenis, et alius in Salamine, nec non Sicyone et in Scyro, atque etiam Argis, cuius fontes funt in Lyrceo: denique Apolloniae Epidamno vicinae fons eft apud gymnafium, quem Cephiffum nominant.

§. 18.

Phocis.

§. 18.

Δαφνοῦς δὲ νῦν μὲν [1]κατέσκαπται· ἦν δέ ποτε τῆς Φωκίδος πόλις ἁπτομένη τῆς Εὐβοϊκῆς θαλάσσης, διαιροῦσα τοὺς Ἐπικνημιδίους Λοκροὺς, τοὺς μὲν, [2] ἐπὶ τῷ πρὸς [3] Βοιωτίαν, ἐκείνους δὲ εἰς Φωκίδα τὴν ἀπὸ θαλάσσης [4] καθήκουσαν. Τεκμήριον δὲ τὸ ἐν αὐτῷ [5] Σχεδιεῖον, ὅ p. 425.

Cephisso, qui in eum exoneratur; sic vicissim Κηφισσὶς πηγὴ dici apte poterit, quia inde Cephissus nascitur. Neque tamen ideo movi vulgatam aliorum librorum formam, in primis cum hic omnia ad nomen Cephissi proxime referantur, et ex nostro loco Eustathius diserte septem Cephissos commemorari testetur.

1) Hinc ad verbum ἁπτομένη omnia in Vatic. desiderantur, et post in Veneto verba τοὺς μὲν — καθήκουσαν.

